



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1652-1663**

Liber XXIX. Decalogi Præceptum secundum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80586](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80586)

LIBER XXIX. DECALOGI PRÆCEPTVM SECUNDVM.

SVB Præcepti Secundi Decalogi titulo Iuramenti materia continetur agnata quidem. At quia tractatio hæc valde est assimilis tractatui de Voto, unam hic & alteram enodabo leni, de more, calamo tractationem. Nihil autem omittam, quod circa receptiores sine pugna Sententias, vel circa Problematum litem possit desiderari. De Iuramento igitur perstringam: Quid sit, quotuplex, quæ eius materia. De promissarij obligatione. An sit licitum? Quinam iurare possint, & quonam sensu? De peccato iurantis ex consuetudine, & Iuramentum violantis. De periurij pœnis, & quibus modis obligatio Iuramenti tollatur. De Voto autem enunciabo: Quid sit, & quotuplex. Eius materiam, Obligationem. Modos, quibus possit eius tolli obligatio: nempe de cessatione causa finalis, & notabili mutatione, de Irritatione, Commutatione, Dispensatione, &c.

SECTIO PRIMA.

De Præcepto Secundo receptiores sine lite Sententiæ.

DE IURAMENTO.



CAPVT I.

Quid, & quotuplex Iuramentum.

Quid sit Iuramentum, & quæ ad eius essentiam requirantur.



IURAMENTVM dicitur à Iure. Quia instar iuris habendum, unde à Latinis passim *Iusurandum* vocitatur. Est autem Iuramentum, Attestatio diuini nominis, vel invocatio diuini testimonij, ad fidem faciendam, vel promissionem firmandam. Unde duo ad Iuramenti essentiam requiruntur: nempe intentio iurandi, seu Deum testem faciendi: & locutio, quæ in testem vocatur; & si alterum horum absit non erit Iuramentum. Unde in his formulis: *In veritate, In rei veritate, Per fidem meam, In fide mea, In fide boni viri, In fide Christiani, In*

fide Sacerdotis, In fide Religiosi. In conscientia, vel Per meam conscientiam, vt ordinariè accipiuntur, non erit Iuramentum. Quia qui sic loquuntur, iurare non intendunt; sed solum significare, se loqui ex virtute fidei, seu veritatis, quam vir probus, Christianus, Sacerdos, aut Religiosus in dictis, ac promissis suis debet adhibere; etsi fallat, vt non habeatur verax, ac fidelis. Si tamen per fidem Catholicam Fidem intelligant, erit iuramentum; quia censentur Authorem illius in testem adducere. Proinde rustici confitentes, se iurasse, ac blasphemasse, debent interrogari, quonam modo iurant, præsertim circa sua pecora. Nam sæpè multa impatientiæ verba proferunt, quæ non sunt iuramenta, & quæ ordinariè veniale piaculum non excedunt. D. Thom. 2. 2. *quæst.* 89. *art.* 1. Lessi. l. 2. *cap.* 42. *dub.* 1. Filliuc. *tract.* 25. *cap.* 2. Sanch. l. 3. *Moral. cap.* 2. *num.* 16. 10. & 32. Suar. l. 1. *de Iuram. cap.* 13. *num.* 9. Sylui.

Secl. I. De Præcepto. II Recept. Sentent. 103

Sylui. 2.2.g.89.a.1. Nauar. c. 1.2. sum. n. 2. Laym. l. 4. tr. 3. c. 2. n. 2. & 4. Marchant. in resol. pass. c. 1. q. 1.

Verba hæc: *Coram Deo loquor, Deus scit, ita esse, Deus scit, me vera dicere, videt conscientiam meam*: si accipiuntur prout vulgo accipi solent, innuocatiue scilicet, intendendo Deum in testem inducere eius, quod dicitur, sunt iuramentum. Si tamen quis iurare non intendat, sed proferat illa verba per modum narrationis, affirmando, Deum ista scire absque innuocandi, aut confirmandi sua dicta, intentione, iuramentum non erit. Quia deest intentio. Aut si proferantur huiusmodi verba à viris iurare solitis, presumuntur iuramenta, nisi aliter de animo iurantis constet. Valent. 2. d. 6. q. 7. pun. 2. Sanch. l. 3. c. 2. n. 20. Lessi. l. 2. cap. 4.2. dub. 1. n. 4. Laym. l. 4. tr. 3. c. 2. numer. 4. Filliuc. tract. 25. numer. 124.

Iuramentum per falsos deos non est verum, nec obligat, nisi ex conscientia erronea. Quia nulli eis reuerentia debetur. Vnde non est per se mortale peccatum falsum iurare per Iovem, si scias Iovem mihi esse. Quia verè non iuras, sed locutis, & imagine iuramenti ludis. Si tamen iuramentum serio fiat, erit peccatum mortale Blasphemia, sicut etiam mortale erit, iurare per dæmonem, siue iuramentum sit contestatorium, siue execratorium. Quia Dei honor diabolo tribui videtur. Suar. l. 1. de iuram. c. 1. numer. 7. & 9. Clauis Reg. l. 5. c. 3. n. 21. Reginal. l. 1.8. numer. 19. Laym. l. 4. tract. 3. cap. 1. numer. 2.

Quando aliquis ira affectus dicit, *Per Deum, vel Corpus Dei, aut Corpus Christi*, non intendens Deum in testem innuocare, nec aliquid confirmare, non est verum iuramentum. Quia hic potius intendit malum imprecari, vel iram aut tædium patefacere, quam iurare. Sanch. l. 3. Moral. c. 2. n. 18. Bonac. de iuram. q. 1. pun. 1. n. 2. Reginal. l. 1.8. c. 1. n. 9.

Sufficit ad iuramentum Dei tacita innuocatio. Quia Deus per tacitam innuocationem in testem adducitur: vt contingit, quando quis rogatus, vt iuret manu tangit crucem, vel Evangeliorum librum vel aliud signum gerit, quo se iurare ostendit: vt si subscribat aliquam scripturam, in qua iuramentum continetur. Præterea tacita Dei innuocatio contingit, quando iuramentum fit per creaturas, in quibus specialiter Dei reuelat bonitas, vt si fiat per sanctos, animam rationalem, &c. Quia tunc non volumus creaturas nobis testes esse; sed Deum, qui in ipsis singulari modo residet: accipitur enim continens pro contento, signum pro signato, creatura pro Creatore. Sanch. l. 3. cap. 2. numer. 12. Lessi. l. 1. cap. 12. n. 6. Rodrig. p. 1. sum. c. 190. n. 1. Clauis Reg. l. 5. cap. 1. Suar. l. 1. de iuram. c. 1.

Porro tribus modis potest creatura in testem adduci. Primo, tanquam testis infallibilis veritatis: & hoc modo adducere creaturam, est Blasphemia. Quia tribuitur creaturæ Dei attributum: iurans tamen non presumitur velle hoc modo iurare, nisi ex iudiciis presumatur. Secundo, creatura potest adduci, quatenus in ea relictur Deus, vel quatenus ordinatur ad Deum, & quatenus Deus in ea honoratur: & sic est verum iuramentum. Vnde iurans, per Tēpla sanctorū, per habitū D. Petri, per ordines, per tonsurā per habitū Religiosum, &c. dicitur

verū iuramentum emittere. Tercio potest adduci creatura secundū dignitatē, quam in se habet, non per ordinem ad Deum: vt quando quis dicit, Per meam conscientiam, per fidem boni sacerdotis: non dicitur proprie iurare. Quia solum confirmat suum dictum per creaturas tanquam per res humanas, nec intendit Deum in testem innuocare. Sylui. 2.2.g.89.a.6. Sanch. l. 1. cap. 1. numer. 25. Clau. Reg. l. 5. cap. 1. Suar. l. 1. de iuram. cap. 13. numer. 23. Azor. p. 1. l. 1. cap. 2. q. 1.

Ad iuramentum verba determinata non requiruntur, sed sufficit, vt quis Deum adducat, in testem quæcumque verbis. Imò quamvis adhibeatur verbum *Iuro*, non censetur verum iuramentum emitti, si proferens non intendat verè iurare: aut si addat aliquid, quod verbum illud à propria significatione distrahatur. Hinc patet, eum non teneri iuramento, qui solum dicit, *Iuro*, vel *Iuro*, me facturum hoc. Quia Deus in testem non adducitur. Sequi dixerim, si hoc addat, animo verè Deum adducendi. Quia ad iuramentum sufficit, vt quis sua mente intendat, se vinculo iuramenti obstringere. Sanch. l. 3. sum. cap. 2. numer. 27. & 32. Bonac. de iuram. quaest. 1. numer. 6. & 7. Suar. de Relig. l. 1. cap. 1. & cap. 13. numer. 3.

Plures apud Doctores iuramenti diuisiones inueni. Aliud verbis concipitur, aliud nutu, vel signo aliquo, aut manu subleuata, aut Evangeliorum, seu reliquiarum tactu, aut subscriptione scripturæ in qua iuramentum continetur, vt dixi. Deinde aliud fit per simplicem contestationem, qua Deus in testem adducitur. v. gr. *Tellor Deum, Iuro per Deum, per fidem Christi, vel Dei*: quæ omnia idem valent. Aliud fit per execrationem, seu imprecationem: v. gr. quando quis aliquid affirmat, vel negat, adducendo Deum non solum in testem, sed etiam in Iudicem, & vendicem, seu punitorem, si falsum sit quod iurat: vt si quis dicat: *Per eam, Non mouear hinc, Diabolus me arripiat, Per animam meam, Per salutem meam, vel alterius, Ita me Deus amet, sit propitius &c.* sensus enim est, si non ita est vt aliter, Deus inferat mihi mortem, damnationem, non me amet, propitius non existat. Ex quo fit, vt iurans falsum in iuramento execratorio, non solum sit periturus, sed etiam in propriam charitatem, aut in pietatem, si in personam alterius; vt si per vitam patris, aut filij &c. delinquat; modò ex animo illud sibi, vel alteri malum imprecetur. Et tunc poenitens tenetur hanc fateri circumstantiam. Quia peccauit contra Religionem & charitatem. Hinc peritium execratorium continet specialem malitiam contra charitatem sui. Quia per hanc execrationem, seu maledictionem, exponitur quis maiori diuinæ vindictæ periculo: licet putet vindictam minime infligendam: vel iuste sibi poenam imprecetur. Quia quantum est ex se crudeliter à se diuinæ misericordiæ remouet beneficium. Lessi. l. 2. cap. 41. dub. 2. Tollet. l. 4. cap. 20. Reginal. l. 18. nu. 31. Valent. 2. d. 6. quaest. 7. pun. 2. Filliuc. tr. 25. c. 3. Sanch. l. 3. cap. 1. Laym. l. 4. tr. 3. ca. 4. Suar. l. 1. de iuram. c. 12. Verum quia raro, & ferè nunquam accidit, vt quis sibi malum imprecetur ex animo consequenter non videtur necesse poenitentem à confessione interrogari de hac circumstantia, cum falsum iuramento execratorio iurauit. Sanch. citat. n. 7. Filliuc. c. 3. q. 8.

Aliud

9 Aliud iuramentum fit per Deum, aliud per creaturas; aliud est *solemnne*, aliud *simplex*. Solemnne fit cum certa iuris formula, vt coram Notario, Iudice, attractis Euangelis: Simplex vero illam iuris formulam non habet. Aliud est *asseritorium*, aliud *promissorium*: illud adhibetur ad aliqua præterita vel præsentia affirmanda aut neganda: hoc vtimur ad aliquid futurum affirmandum. Aliud est *absolutum*, aliud *conditionale*: conditio autem aliquando à iure, aliquando ab ipso iurante ponitur. Porro cuncta hæc iuramenta quouis modo fiant, sunt eiusdem speciei. Quia iuramentum formaliter consistit in diuini testimonij inuocatione, quæ est eiusdem rationis quouis modo iuramentum fiat. Quod autem fiat per sanctos, aut per alias creaturas, materialiter se habet ad iuramentum. Lessi. l. 2. cap. 42. dub. 2. num. 9. Reginal. l. 18. num. 31. Suar. l. 1. de iuramen. cap. 5. & 9. Sylui. 2. 2. quæst. 84. art. 11. Layman. l. 4. tract. 3. cap. 4. num. 4. Bonac. de iuram. quæst. 1. punct. 2. & alij. Vnde dum confessionem gerimus de iuramentis falsis, &c. necessarium non est illa indiuidualiter enarrare, Iuranti per Deum, per vitam meam, sic me Deus adiuet, &c. Sed sat erit dicere, septies (verbi gratia) falso iurauit. Sanch. l. 3. sum. cap. 1. num. 9. Santius in select. d. 6. num. 6.

10 Iuramenti materia debet esse res licita, & non peccaminosa. Quia Deo irrogatur iniuria, cum in testem adducendo rei turpis, & illicitæ. Imò iuramentum non obligat, si illud, quod promittitur, est peccatum; vel saltem non potest sine peccato impleri. Quia iuramentum non est iniquitatis vinculum, nec potest ad malum obligare. Quando autem iuramentum fit de materia partim licita, partim illicita: seruandum est quoad partem licitam & possibilem. Quia vtile per inutile non vitiatur. Sanch. l. 1. sum. cap. 9. num. 29. Laym. l. 4. tract. 3. cap. 6. num. 1. Nauar. cap. 12. sum. num. 17. Suar. & Clauis Reg. quos refert, & sequitur Elig. Bas. v. iuramentum 1. num. 9.

11 Res indifferens, aut impossibilis, aut impeditiua maioris boni, seu diuinis Consiliis contraria, non est iuramenti materia quando sic manet: imò iuramentum de tali re non obligat. Quia Deus obligare non vult ad quidquam vanum, & otiosum, & suis contrarium consiliis, seu ad aliquid maioris impeditiui boni. Attamen licet iuramentum de re indifferenti, vel de ea, quæ melius est non fieri, per se loquendo non obliget: obligat tamen si in alterius fauorem fiat: nisi ille remittat. Quia in hoc casu spectatur, quid gratius sit homini, non quod in se melius: & idè huiusmodi iuramenti adimpletio iam non est actus indifferens, sed actus virtutis, nempe veracitatis, & fidelitatis. D. Thom. 2. 2. quæst. 89. a. 7. Caiet. ibi. Nauar. sum. cap. 13. num. 12. Suar. l. 2. de iurament. cap. 12. Tollet. l. 4. cap. 22. num. 3. Laym. l. 4. tract. 3. cap. 6. num. 3.

Quando non obligat, & quando obligat iuramentum factum de re prohibita per legem ciuilem; quæ primario, & immediate dirigitur ad bonum publicum, non obligat. Quia lex, quæ immediate ad bonum publicum dirigitur, obligat ad culpam, iuramentum verò non de re prohibita obligat ad aliquid gerendum, quod sit peccaminosum. Secus dixerim de iuramento facto contra legem, quæ primario, & immediate respicit

fauorem, & commodum personæ priuata: hoc enim obligat, modo nõ vergat in tertij præiudiciũ. Quia hæc lex immediate fertur in fauorem personæ priuata: quælibet autem persona priuata potest suo iuri cedere, absque tertij præiudicio: Ergo si cedat iuri suo cum iuramento, validum erit, & obligatorium iuramentum. Tales sunt leges, seu privilegia concessa ætate minoribus, ac filiis familias, nè ex contractu: & mulieribus, ne ex fideiussione efficaciter obligentur. Quibus renunciare possunt, si non semper valde saltemlicitè, vt insuper accedens iuramentum obligandi vim habeat, ex ipso etiam communium iurum dispositione. Bonac. de iuram. q. 1. pun. 5. num. 1. & 2. Sanch. l. 1. sum. cap. 9. num. 22. Filliuc. tract. 25. cap. 7. q. 6. Valq. de testament. c. 3. dub. 2.



CAPVT II.

De iuramenti Promissoris Obligatione.

PROMISSIO, aut iuramentum factum contra prius iuramentum, aut contra votum, aut contra priorem promissionem, valdam, non obligat. Quia secundum iuramentum, vel secundam promissionem, de re, quæ sine peccato seruari nõ potest, & idè secunda spon' alia iurata contra primam, sunt invalida. Gestæ tamen contra obligationem iuramenti, valida sunt, nisi aliud sint irrita: vt matrimonium contra votum simplex castitatis, aut contra sponsalia iurata cum alia, validum est. Quia iuramentum non reddit iuramentum inhabilem ad faciendum actum contrarium ex se validum etiam si iurans dum iurauit voluntatem haberet auferendi sibi potestatem valde gerendi actum contrarium. Non enim potest hanc sibi potestatem auferre. Fieri tamen potest, vt huiusmodi actus & gestæ à iure irritentur. Vnde si mulier iuret, se fundum dotalem non alienaturam, & postea illum alienet absque Iudicis autoritate: alienatio non est valida: non quia sit contra iuramentum: sed quia à iure irritatur. Suar. l. 2. de iuram. c. 19. n. 7. Sanch. l. 3. sum. c. 12. num. 32. Bonac. de iuram. q. 1. pun. 6.

Si quis exterius inret sine animo iurandi, ex vi iuramenti coram Deo non obligatur. Quia re vera non iurat. Tamen si huiusmodi iuramentum alteri sit alicuius damni causa, teneatur iurans illud facere: imò in foro externo cogereur implere ob veri iuramenti præsumptionem: & ratione scandali, quod oriretur ex transgressione externa iuramenti, iurans animo ficto, stare iuramento obligaretur. Sanch. l. 3. sum. cap. 10. num. 13. Suar. de iuram. l. 2. cap. 7. Azor. l. 11. cap. 4. q. 1.

Quoties rationabiliter iuramentum exigitur, lethale crimen perpetrat qui iurat ore tenus cum animo non iurandi, aut non se obligandi. Quia gravis intercedit deceptio, quæ expressè vsui ac fini iuramenti valde in rebus humanis necessario repugnat. Ast si iuramentum irrationabiliter exigatur, & iurans verum asserat, mortaliter non delinquit. Si verò falsum

Secl. I. De Præcepto II. Recept. Sentent. 107

sum est, quod iurat, & intendat materiam illam falsam iure iurando confirmare, seu id ad rem falsam referre; mortaliter peccat. Si verò solum illa verba usurpet, ad significandum aliud mente conceptum: nec intendit per illa verba quidquam confirmare, non delinquit lethaliter, & scandalo excludo. Quia habet ius illa verba usurpandi iuxta quem sensum libuerit. Porro qui iurat cum animo non adimplendi, delinquit mortaliter peccato periurij. Quia cum duplex veritas in promissorio iuramento requiratur, præsens, & futura: deest veritas præsens, nempe animus exequendi; quod si postea non exequaris noua culpa lethalis accedit. Quia deest executionis veritas. Sanch. l. 1. sum. cap. 4. num. 9. Lessi. l. 2. cap. 17. dub. 8. num. 42. & 43. Nauar. cap. 12. num. 13. Suar. l. 3. de iuram. cap. 15. num. 2. B. mac. de iuram. quest. 1. punct. 7. num. 6. Valenz. 2. 2. d. 6. quest. 7.

16 Iuramentum contractui appositum, cui error as dolus causam dedit: irritum est. Quia est error circa rei substantiam: Vt si quis iuret, se datum rem aliquam, quam putat esse vitrum, & postea comperit, esse gemmam. Vt enim iuramentum obliget, requiritur consensus & voluntas: quoties autem error, & dolus sunt circa substantiam, deest consensus: quia iurans non intendit iurare rem illam, sed aliam: & hoc verum, etiamsi error & dolus sint tantummodo comitans, id est, etiamsi iurans, cognito errore, iurasset. Suar. de iuram. l. 2. cap. 11. num. 7. Sanch. l. 3. cap. 11. num. 42. Lessi. l. 2. ca. 17. dub. 7. num. 334. Bonac. quest. 1. de iurament. punct. 8.

17 Quando autem dolus solum versatur circa rei qualitatem, vel causam promissionis, aut in versatur contractus: iuramentum non obligat. Quia solum circa vbi dolus est, voluntas excluditur: & iuramentum non obligat extrâ mentem, & intentionem iurantis. Vnde qui iuramento puellæ promissit, se eam ducturum in coniugem reputans esse virginem, & postea occultè fornicatam intelligit: non tenetur iuramento. Quia error dedit causam promissioni.

18 Iuramentum promissorium metu graui extortum etiamsi iniuste: obligat, modo factum sit animo se obligandi, & de re licita. Quia iure naturæ tenemur efficere, vt verum sit, quod iurauimus, ne Deum faciamus testem falsi. Vnde qui pro redimenda vita cum iuramento latroni centum aureos promissit, soluere tenetur. Vbi autem soluit, poterit eos in iudicio repetere. Crediderim, tutius in hoc casu esse petere iuramenti relaxationem ab eo, qui potest relaxare. Laym. l. 4. tract. 3. cap. 7. num. 2. Sylui. 2. 2. quest. 89. art. 7. quest. 1. & alij communiter.

19 Violatio iuramenti, metu extorti, mortale crimen est, præsertim si materia sit grauis, & is, in cuius fauorem factum est, vel alius potestatem habens, non relaxet. Quia grauem Deo infert iniuriam violator; cum efficiat, vt Deus in testem falsi adductus fuisse videatur. Ceterum in dubio an habuerit animum se obligandi, qui graui iurauit ex metu, obligatur iuramentum implere. Quia possessio stat pro iuramento; & idem est iudicium fori interni, & externi, quando externum non nititur falsa præsumptione. Et in hoc casu forum externum in iuramenti fauorem iudicaret. Gutier. de iuram.

ram. part. 1. cap. 57. num. 2. c. Sanch. de matr. l. 1. d. 9. num. 3.



CAPVT III.

De Conditionibus requisitis, vt sit licitum iuramentum.

DE Fide est licitum esse iuramentum. Quia in scriptura Sacra legimus viros sanctissimos in contradicibus iurasse. Abrahamum testor, qui iniens cum Abimalecho fecus illud iureiurando confirmauit. Idem gessit Isaac. Gen. 21. & 26. Certe hoc ex usu omnium Gentium, ac tribunalium euidenter ostenditur. Attamen licet iuramentum sit licitum, & bonum, non est ex eo bonorum generis, quæ sunt per se bona ac frequentanda, tunc ieiunium, oratio, &c. sed ex eo, quæ bona sunt necessitate oblata: vt usus medicinae, quæ solum urgente necessitate adhibetur. Vnde vt iuramentum sit licitum multæ conditiones à Doctoribus assignantur, quas hoc carmen amplectitur: Quis, cui, quod, per quod, ad quid, cur, quomodo, quando. De quibus lege Sayrum in clau. l. 5. cap. 3. num. 7. Has conditiones inibi annotandas omitto, aliasque ad quodlibet iuramentum requisitas, quas D. Tho. iuramenti comites appellauit, recenseo. Castro cont. heres. v. iuramentum. Lessi. l. 2. c. 42. dub. 3. n. 13. Sanch. l. 3. sum. c. 3. m. 1. Bonac. de iuram. q. pun. 3. Filliuc. tr. 25. c. 2. q. 3. Laym. l. 4. tr. 3. c. 3. ex D. Tho. 2. 2. q. 89. a. 2.

Vt licitum sit iuramentum, tria requiruntur. Veritas, iustitia, & iudicium. Ierem. 4. Iurabis, dicit Dominus, in veritate, & in iudicio, & in iustitia. Veritas ad iuramentum requisita in hoc consistit, vt iurans non leui, sed probabiliter coniectura, prudenterque arbitretur, verum esse, quod iurat. Vnde si verum non sit, vel arbitretur, non esse verum, aut dubitat de veritate eius, quod certo affirmat lethaliter delinquit periurij crimine: nisi ob deliberationem, aut leuem negligentiam in dignoscenda veritate excusetur. D. Tho. 2. 2. q. 89. a. 3. Tolet. l. 4. cap. 21. Nauar. c. 12. n. 3. Sanch. l. 3. cap. 3. Lessi. l. 2. 42. dub. 3. num. 17. Sylui. 2. 2. q. 89. a. 3. Laym. l. 4. tr. 3. cap. 3. num. 1.

In omni materia etiam leni iuramentum asserterium est peccatum lethale, quoties iurans credit, non esse verum quod allerit, etiam si iuret ex bono, ac necessario fine, aut ex timore, aut ioci causa fiat. Quia intrinsecè malum est Deum in mendacij testem adducere. Suar. l. 3. de iuram. cap. 5. num. 6. Sayr. in clau. l. 5. c. 4. num. 14. Nauar. cap. 12. sum. num. 6. & 7. Sylui. 2. 2. q. 89. a. 3. & alij. Mortaliter etiam delinquit, qui rem dubiam iurat, vt certam. Quia se periculo, falsum iurandi, exponit. Omnes sic.

Certe minus malum ab eo committitur, qui iurat, se facturum aliquod veniale, animo illud exequendi, quam animo non exequendi. Quia qui exequendi animo iurat, peccat solum venialiter: qui verò iurat cum animo non exequendi, mortaliter peccat veritatis requisita defectu. Sanch. l. 3. cap. 4. numer. 22. Bonac. de iuram.

20 De Fide est, licitum esse iuramentum, pluribus iuramentis circumstantiis adhibitis.

21 Vt iuramentum sit licitum, requiritur veritas, iustitia, & iudicium.

22 In omni materia etiam leni, peccatum mortale est siue veritate, aut sub dubio iurare.

23 Si quis iurauit, si in aie a i. quod veniale, animo exequendi, quam animo non praestandi.

de iurament. quest. l. punct. 3. numer. 6.

24 *Qua diligencia adhibenda, ut rei veritas cognoscatur.*
Diligentia autem adhibenda ab eo, qui iurat, ad discernendam rei veritatem, ut à peccato excusetur, ea debet esse, quam postulat materia supra quam iuramentum cadit. Quia aliqua res maiorem, aliqua minorem, diligentiam requirunt. Sayr. in Clavi. l. 5. cap. 4. num. 33. Sanch. l. 3. sum. cap. 3. num. 10. Arag. 2. 2. quest. 89. art. 3.

25 *In quo consistat iudicium in iuramento requisitum?*
Iudicium in iuramento requisitum in hoc consistit, ut fiat cum necessitate, ac reuerentia. Propterea si fiat sine necessitate, ut in re leui, quam necesse non sit, iuramentum firmare, peccatum committitur defectu iudicii, quod quidem venialis limites non excedit. Lessi. l. 1. cap. 42. dub. 3. num. 17. Sayr. in Clavi. l. 5. cap. 4. num. 31. Suar. l. 3. de iurament. cap. 12.

26 *In quo consistat iustitia in hoc?*
Porro iuramenti iustitia in hoc consistit, ut iuramentum non fiat de re illicita. Quia sit irreuerentia Deo, eum in testem illicitæ rei adducendo. Hæc autem irreuerentia est graue peccatum, aut leue pro grauitate aut leuitate materiæ, supra quam fertur iuramentum. Lessi. l. 1. cap. 42. dub. 1. num. 17. & 18. Reginal. l. 18. num. 87. Suar. l. 3. cap. 12. num. 7. & 8. Sanch. l. 3. sum. cap. 4. n. 33.

CAPVT IV.

De iis, qui iurare possunt, & quo sensu iurare teneantur.

27 *Quæ etas ad iuramentum in iudicio requiritur?*
M Asculus ante decimum quartum annum, & puella ante duodecimum ex iuris p. descriptione ad iuramentum solemne in iudicio in causis civilibus non admittitur. Quia non habent sufficientem rationis usum, seu maturum iudicium, ad iurandum cum reuerentia debita; propterea non possunt à Iudice ad iurandum cogi. In criminalibus vero non admittitur minor viginti annis, cap. Pueri, 22. quest. 5. l. Inuiti. ff. de testib.

28 *Repelluntur à iuramento in iudicio per iurum.*
Repelluntur à iuramento in iudicio conuicti fuisse, ac condemnati. Quia præsumuntur peieraturi etiam tunc, qui semel peierarunt. Interdicitur etiam Sacerdotibus ac Prælati iurare in iudicio sine graui causa, ac necessitate. Nec tunc licet Clericis iurare sine licentia Episcopi in actu testificationis, & quando coguntur à laico iurare coram ipso tanquam suo superiore: vel quando coram eo, qui non est eorum superior, iurant de calumnia. c. Paruuli, 22. quest. 5. cap. si quis Presbyter, 2. q. 5. c. Quamquam 14. q. 2. cap. Peruenit, de iurament. cap. si quis 22. q. 5. Sylui. 2. 2. quest. 89. art. 10.

29 *Per nuncium, vel procuratorem potest iuramentum præstari, modo procurator speciale mandatum habeat ad iurandum; & actus talis sit, qui per procuratorem præstari valeat; & lex proprium iusiurandum non requirat, seu non præscribat, ut quis propria manu iuret. Hinc fit, ut ille, cuius nomine præstatur iuramentum, eo obligetur: non vero nuncius, vel procurator. Quia alterius nomine iuramentum emisit, cap. vlt. de iur. in 6. Suar. l. 2. de iuram. c. 31. Azor. p. 1. l. 11. cap. 7. q. vlt. Sanch. l. 3. cap. 13. num. 25.*

Quando iusta causa subest petendi iuramentum, licet potest exigi ab eo, qui creditur peieraturus. Quia non petitur, nec intenditur peritium: sed iuramentum, quod alter licet potest emittere absque mendacio. Vnde in hisce casibus licere censuerim: Primum, si iudex, & pars id postulet, vel alias officij exigat ratio: ut cum adducuntur testes, vel inquisitionis via proceditur. Secundum, si alterius causam agas, & ratio officij tui postulet, ut ab aduersario iusiurandum petas; si enim omittas præuicari videberis. Tertio, si speras, illum Numinis reuerentia haud ausurum peierare, & alias magni tui interfit. Quartum, si eius peritium possis tui ad commodum: verbi gratia ad eius fraudes detegendas, & fidem ei detrahendam: ut sic in iuram euadas aut ius obtineas. Extra hos casus fas non erit. Quia quantum in nobis est, tenemur, tantam Dei iniuriam, & proximi vitare peccatum. Et qui absque iusta causa iuramentum petit ab eo, qui credit probabiliter peieraturum, mortaliter delinquit, etiam si peierans paratus esset ad peierandum. In dubio autem, an alter sit peieraturus, petens non peccat, per se loquendo. Quia in dubio non debemus præsumere, alterum velle delinquere. D. Tho. 2. 2. quest. 89. a. 4. Suar. l. 3. cap. 14. num. 16. Reginal. l. 28. 76. & 77. Sanch. l. 3. sum. cap. 8. n. 7. Lessi. l. 1. cap. 42. dub. 10. Diana. p. 5. n. 7. c. 1. Bonac. q. 1. de iuram. punct. 11. num. 1.

Num liceat amphibologia uti, qui iurant, proprium Problema resoluet. Inpresenti monuerim, iustam vtendi his amphibologiis causam esse, quoties id necessarium, aut vtile est ad salutem corporis, honorem, rem familiarem tuendam, vel ad quemlibet alium virtutis actum, ita vt veritatis occultatio, tunc expediens, & studiosa censeatur. Item cum ratio operis alias iusti id requirit; v. gr. in stratagematibus belli, in explorationibus, in insidiis, in defensione contra inimicos in casibus aduersis auertendis, vel ad utilitatem aliquam sibi, vel proximo iuste conciliandam. Nullus autem amphibologiæ, vel æquiuocationis vsus fraudi, dolo iniusto, vel iniuriæ alicuius debet, aut potest suffragari. Vnde qui intali casu amphibologia utitur, si nocumentum sit graue, mortaliter peccat. Quia nunquam licet iniustum nocumentum proximo inferre, aut tali nocumento iniusto etiam negatiue cooperari. Secus si nocumentum sit iustum, & iuste inferatur: tunc enim licebit ei, qui illud inferre potest amphibologia uti, vt inferatur. Quia in hoc casu illa per se mala non est, cum in aliquam feratur utilitatem: & nocumentum ipsum quod inferitur est licitum. Hinc potest miles amphibologia uti vt inimicum decipiat illique noceat. Idem licebit Iudici, vt reo veritatem expiscetur. Item licebit amphibologia furem deducere, vt à satellite capiatur. Non licebit tamen in casibus iniustis, in quibus quouis modo hosti communi vsu, fides est decreta, eam frangere. Similiter in contractibus cum inimico, & in eorum materia, & circumstantiis, in quibus ob publicam, & communem societatem, nulla amphibologia admittitur: sicut non licet adulterari, fornicari, & alia peccata committere, ex quibus damnum etiam iustum hosti euenire possit. Nauar. ad c. Humanam

Secl. I. De Præcepto II. Recept. Sent. 109

mane aures 22. q. 5. Valent. 1.2. d. 5. q. 13. pun.
2. Tolet. 1.4. c. 21. n. 9. Sa. v. iuramentum. n. 6. Sanch.
1.3. sum. c. 6. n. 1. Reginal. 1.2. n. 9. Diana p.
2. ar. 1. resol. 25. & p. 1. ar. 6. resol. 3. Manu. to. 1.
sum. c. 90. n. 7. Suar. de iuram. 1.3. c. 1. n. 6. Lessi.
1.2. c. 4.2. dub. 9. num. 48.

32 Qui sua sponte se offert ad iuramentum sine necessitate peccat mortaliter, amplius bologus vtr.

Si quis orationem de futuro confirmet iuramento, vrendo aliqua amphibologia, aut furo verborum aut aliqua conditione tacite subintellecta: atque adeo iuret id quod est verum secundum mentem suam: falsum autem secundum mentem eius, cui iuratur: peccat lethaliter, si id gerat, vel iponte se offerat sine necessitate, vel à superiore legitime iussus iurare. Nauar. sum. cap. 12. num. 8. Sayr. in clauis, l. 5. c. 4. n. 21. Tolet. 1.4. c. 21. num. 9. Lessi. 1.2. cap. 42. n. 46. & 48. Azor. p. 1. c. 4. q. 5. Armil. v. iuramentum, num. 16. Lopez p. 1. c. 42. Ratio est, quia præceptum naturale Religionis non solum obligat ad diuinum tuendum honorem, efficiendo verum id, in cuius confirmationem re vera est intocatum diuinum testimonium, sed etiam id, quod rationabiliter potest ab aliis credi, fuisse diuino testimonio confirmatum: aliam minueretur perse loquendo, apud illos honor diuinus: & superior, vel iudici, vel parti fieret iniuria, & iudicium peruerteretur.

33 Scio iuramentum sine necessitate excusari à perituro, & à lethali crimine, si amphibologiis vtatur extra iudicium, & in materia non præiudiciali: vel si irrationabiliter compellatur ad iurandum. Quia in hoc iuramento deficit solummodò discretio seu iudicium, cuius defectus solus non efficit iuramentum mortaliter peccaminosum. Bonac. de leg. d. 4. quæst. 1. num. 12. Filliuc. tr. 2.5. num. 33. Sanch. 1.3. cap. 6. Diana punct. 2. tract. 1. resol. 25. & punct. 3. tract. 3. resol. 30. Monuerim, admodum perniciosum esse restrictionem mentalium vsuum, & valde iuri naturali quatenus homo est animal sociale, repugnare, omnemque societatem dissolvere: nihilque aliud esse, quam fraudum sentinam omnibus Christianis omnino abhorrendam.



CAPVT V.

De peccato iuranti ex consuetudine.

34 Qui habent iurandi consuetudinem, sed non mentem in statu peccati et thali non est




ONS VET VDO iurandi vt sumitur pro habitu inclinante ad actus similes illis, quibus fuit productus per se non est peccatum mortale. Quia ipsa est potius peccati mortalis effectus. Peccatum enim non consistit in habitu, sed in actu, vel in alicuius actus omissione. Vnde qui habet iurandi consuetudinem, sed non mentiendi, non est in peccati lethali, statu: etiam si non conetur eiusmodi consuetudinem euellere. Quia talis consuetudo non est magis praua, quam sint ipsi actus iurandi: habitus enim suam desumit malitiam ab actibus: sed actus non sunt mortaliter mali, cum non sint perituro. Ergo. Valent. 2.2. d. 6. quæst. 7. punct. 3. Reginal. 1.17. num. 87. Sanch. 1.3. sum. cap. 5. Filliuc. tract. 2.5. cap. 10. quæst. 9.

Eschob. & Mend. Theol. Moral. Tom. IV.

Qui vero habet iurandi & mentiendi consuetudinem, & iungendi mendacia cum iuramento: peccat lethaliter, si talem consuetudinem euellere non conetur. Quia censetur esse in proxima delinquendi lethaliter occasione: cum illa consuetudo ad iungenda iuramenta cum mendacio inducat. Sayr. in clauis, l. 5. cap. 5. num. 10. Suar. 1.3. de iuram. cap. 6. Nauar. sum. cap. 12. num. 6. Sylui 2.2. q. 89. art. 3. concl. 3.

36 Aduertens, se habere peierandi consuetudinem, & non adhibens remedia ad illam auferendam: delinquit lethaliter, quoties id aduertit, & extirpare huiusmodi consuetudinem non conatur. Quia in proxima occasione delinquendi mortaliter delinquitur. Valent. 2.2. d. 6. q. 7. punct. 3. Bonac. de leg. d. 4. quæst. 5. punct. 13. numer. 5. Sanch. 1.3. c. 5. n. 13. Graf. p. 1. l. 2. cap. 10. num. 14. Diana p. 1. tract. de circumstantiis, resol. 55.

37 Profectò ab eo statu peccati potest se liberare, de praua consuetudine, ac peccatis dolendo, & proponendo, se amplius non male iuraturum, conaturumque huiusmodi consuetudinem auellere. Vnde talis potest absolui. Quia hæc consuetudo non dicitur occasio extrinseca, ob quam sit ei deneganda absolutio. Postquam autem penitens prauam consuetudinem efficaci proposito retractauit, tunc sequentia falsa iuramenta, eadem consuetudine quasi naturali, ac necessario impetu prouenientia, non imputabuntur ad peccatum. Quia neque sunt voluntaria in se, vt supponitur: neque in sua causa puta in consuetudine, quippe quæ ab ipso per propositum retractata, non amplius voluntaria censi debet: sed indeliberata orta scilicet ex proua iurandi consuetudine. Porro quando Doctores dicunt abnegandam esse absolutionem habentem consuetudinem iurandi intelligendi sunt de habente consuetudinem iurandi ex aduertentia: non autem quando proferuntur iuramenta inaduerterter; cum tunc non sint peccata quantumcumque ex possima consuetudine oriantur. Tunc tamen ager Confessor, penitentem moneat, vt negligentiam in extirpanda praua hac consuetudine fateatur. Scio, ratione scandali vitandi quod iurans passim aliis præbere solet, iuxta prudentis Confessarii iudicium, absolutionem aliquando denegari debere, aut differri, prout saluti penitentis expedire iudicauerit. Laym. 1.1. tract. 2. c. 3. num. 6. Santius in select. d. 10. numer. 5. & 7. Diana pun. 1. tr. 5. resol. 62. & pun. 1. tract. 7. resol. 55. Calpenf. tract. 12. d. 3. num. 14. Suar. de Relig. tom. 2. de iuram. l. 3. cap. 7. num. 3.



CAPT VI.

De peccato iuramentum violantis.

38 VIOLANS iuramentum promissorium in re magni momenti, mortaliter delinquit, vt patet. At qui in re parui momenti serio promissa violat etiã peccat lethaliter siue

K sit

aut parua
serio, promissa
lethaliter
peccant.

fit tota materia siue pars. Quia qui rei paruae promissionem, quam iuramento confirmauit, non implet: quantum in se est Deum efficit testam falsi: hoc autem peccatum est lethale, cum magna Deo irrogetur iniuria. *Sect. 2. sententia haec recurreret ad trutinam. Lessi. l. 2. c. 42. dub. 5. Valent. 2. 2. d. 6. q. 7. pun. 2. Reginal. d. l. 18. n. 79.*

39
Qui emittit
iuramentum
comminatio-
nem de in-
fignenda ali-
quid maiori-
bus quam
potest, in-
fignere debet
implere.

Qui emittit iuramentum comminatorium de infignenda ali-
quid maiori-
bus quam
potest, in-
fignere debet
implere.

40
Iuramentum
cauens supra
promissionem
habentem ta-
citam condi-
tionem ex
intentione
iurantis &c.
eo modo est
explicandum
quo expli-
cat & obli-
ga ip-
sa promissio.

Iuramentum cadens supra propositum vel promissionem habentem tacitam conditionem ex intentione iurantis, vel ex dispositione iuris. C. de non numerata pecu. vel ex consuetudine iam recepta: eo modo explicandum est, quo explicatur, & obligat ipse iurantis. Quia iuramentum sortitur eo modo est conditiones actus, super quem cadit. Hinc qui iurauit, se alteri centum soluturum, potest uti compensatione non soluendo, si alter sibi totidem debeat. Quia promissio censetur facta cum tacita conditione: Nisi aliunde satis fecero, vel compensauero. Similiter qui promissit aliquid absenti cum iuramento, potest promissionem ante quam acceptetur, reuocare. Quia censetur facta cum conditione: si acceptet. *Suar. de iuram. l. 2. cap. 32. Sanch. l. 3. cap. 17. n. 15. Reginal. l. 18. n. 34. Lessi. l. 2. cap. 42. dub. 7. Bonac. de iuram. q. 1. pun. 16. n. 2.*

41
Iuramentum
in dubio ita
est explicandum
est, ut quan-
tum fieri pos-
sit, minus ob-
liget, seruata
verborum
proprietas.

In dubio iuramentum ita explicandum est, ut quantum fieri potest, minus obliget, seruata verborum proprietate. Vnde iuramentum, vel votum non ludendi (verbi gratia) intelligitur de ludo illicito, non vero de licito, qui recreationis causa suscipitur: nisi aliter conciliatur de iurantis, vel vouentis intentione. Quia ubi agitur de obligatione contrahenda, stricte interpretatio gerenda est. Ideo iuramentum restringendum est, ut quantum fieri potest, minus obliget. At si constet, iurantem, aut vouentem se voluisse obligare ad abstinendum à ludo licito, tenetur ex vi iuramenti abstinere. Porro intentio iurantis colligi potest ex fine, quo ductus est ad iurandum, aut vouendum abstinendam à ludo. *Sanch. l. 3. cap. 17. & 18. Nauar. sum. cap. 12. num. 11. Manu. part. 1. cap. 188. num. 10. Reginal. l. 18. numer. 34.*

CAPVT VII.

De Periurij poenis.

Quatuor Periurij poenas praescriptas inuenio. Prima ac praecipua est Infamia, que utroque iure tam Pontificio, quam Caesareo irrogatur. Ad hanc tamen infamiam contrahendam, duae debent conditiones concurrere, scilicet, quod solemniter iurando peierauerit: & quod postea in foro iudiciali sit de periurio publice condemnatus, ita ut sit à ferendo testimonio repudiandus. Pro iure Pontificio stat *can. Infames. 6. q. 1. can. Quicumque. q. 1. Pro Caesareo vero lex, si quis maior. C. de transact.*

Secunda est, Periurium assertorium praesentis vel praeterite iure ciuili puniuntur poena criminis stellionatus. Et ideo periurus ad tempus exulat. Periurium autem promissorium hanc etiam iure ciuili poenam habet, ut praeter infamiam periurus poenam contractus soluat, & actionem, omnemque conuenientis commodum amittat. *l. vi. ff. de crimi. stellion. si quis maior. Couar. ad c. Quamuis p. 1.*

Tertia est Periurium simplex priuato homini iniuriam, ac praedictum irrogans iure tur Pontificio poena depositionis ab Ordine, si Clericus sit, puniunt. Quod si falsum dixerit testimonium in iudicio, ultra depositionem in Monasterium detrahatur si laicus sit, & sit capitale crimen, qui falsum testimonium aduersus reum dixerit, puniendus erit eadem poena, qua reus ipse puniretur, si criminis convictus foret, si verò crimen capitale non sit, tum poena falsi in homine libero est deportatio, omnium honorum publicatio; in seruo autem ultimum supplicium. *Cum non ab homine, de iudic. c. si Episcopus d. 50. Couar. ad c. Quamuis, p. 2. §. 7. n. 6. de pactis in 6. Sayr. in Clau. l. 5. c. 9. num. 7.*

Quarta est Periurus priuandus est Beneficio. Attamen procedunt haec omnia in periurio ratione deficientis veritatis: non autem ratione deficientis iustitiae, aut iudicii. Ex periurio enim in istis nec infamia incurritur, nec à testimonio repellitur, nec depositione afficitur, nec Beneficio Ecclesiastico priuatur, si autem beneficiatus periurus sit veritatis defectu: collatio Beneficii ei facta, est ipso iure nulla. Quia periurus est infamis. *Syluest. v. Periurium, n. 5. Sotus l. 8. de iust. q. 2. concl. 6. a. 3. Caiet. 2. 2. q. 89. a. 2. Filliuc. m. 15. c. 12. sine.*

CAPVT VIII.

De modis, quibus obligatio iuramenti tollitur.

Obligatio iuramenti dupliciter tolli potest. Primo, impediendo, ne illa à principio inducat. Secundo, tollendo iam inducā. Verum impediri obligationem potest: & potest

Secl. I. De Præcepto II. Recept Sent. 110

obligatio iuramenti potest per legem: v. gr. lex statuat, ut iuramentum contractui, vel promissioni alicui adiectum sit irritum, & nullam inducat obligationem sic Tridentinum *ses. 25. c. 16.* videtur irritare renunciationem bonorum etiam cum iuramento factam ante duos menses præcedentes professionem. Alio modo impediri potest obligatio, quando prohibetur executio, ita ut sine peccato fieri non possit: quomodo putant multi, impediri obligationem pœne conventionalis sponsalibus appositæ, & iuramento confirmatæ. Bonac. *de iuram. q. 1. pun. 17. n. 1.* Lessi. *l. 2. c. 42. dub. 12.* Sanch. *l. 3. sum. c. 22. n. 11.*

47 Obligatio iuramenti iam inducta, quinque modis potest auferri. Mutatione materia, Condonatione, Irritatione, Commutatione, Dispensatione. Primum Mutatione materiae certum est, obligationem iuramenti cessare: v. gr. si materia fiat illicita. Quia iuramentum non est vinculum iniquitatis. Aut si materia fiat impossibilis. Quia ad impossibile nemo tenetur. Lessi. *l. 2. c. 42. dub. 12. n. 57.* Sayr. *in Clauis. l. 5. c. 7. Azor. p. 1. l. 1. c. 9.*

48 Secundò tollitur Condonatione, seu relaxatione eius, in cuius favorem factum est iuramentum. Quia quivis potest condonare promissionem factam in suum commodum, etiam si in modum voti facta fuerit. Nam qui hoc modo vouet, aut iurat, censetur solum se obligare sub conditione tacita: si ille in cuius favorem iurat, velit acceptare. Illo igitur remittente, obligationem, aut nolente promissionem acceptare: iurans liber erit ab obligatione iuramenti. Ex gr. si voueat Deo, vel iures, te daturum Antoniam inopem, vel daturum illi dotem, ut melius nubat: ea remittente obligationem liber ab obligatione promissionis quamvis iurata remanebis. Sanch. *l. 3. sum. c. 20. n. 4.* Manu. *sum. p. 1. c. 244. n. 10.* Sylui. *2. 2. q. 89. d. 9.* Laym. *l. 4. tr. 3. c. 11.*

49 Tercio tollitur Irritatione facta per superiores, quibus subiecta est materia iuramenti. Hanc facultatem irritandi iuramenta, sicut & vota, etiam sine causa, habet pater respectu filiorum, superior respectu subditorum, dominus respectu seruorum, maritus respectu exoris in iis rebus, in quibus tales personæ sunt subiectæ. Quia nullus potest iurare in alterius præiudicium. Vnde omnes illi possunt iuramenta irritare, qui vota eiusdem materiae irrita reddere poterant. Sanch. *de matr. l. 6. d. 19. n. 10.* Sayr. *in clauis. l. 5. c. 8. n. 5.* Reginal. *l. 18. n. 64. & 66.* Laym. *l. 4. tr. 3. n. 1. & 2.*

50 Monuerim tamen, iuramenta minorum haud posse à curationibus irrita reddi, quamvis hi possint vota realia eorum irritare, quatenus ipsorum administrationi officiant. Vnde minoribus non conceditur restitutio in integrum, dum ex contractu sunt læsi si iuramento illum confirmarunt. Quia iuramentum supplet ætatis defectum, eoque dispositione legis officit maiores. *l. 1. c. 2. c. si aduersus venditionem.* Lessi. *l. 2. c. 42. dub. 12. n. 61.* Secus dixerim de iuramentis impuberum: hæc enim poterunt à tutoribus irritari. Quia nihil iura in contrarium statuerent. *c. Pueri 2. 2. q. 5.*

51 Quartò tollitur Commutatione: ut si ille, cui factum est concedat aliud opus loco illius, quod Eschob. & Mend. *Theol. Moral. Tom. IV.*

iuramento promissum est præstari. Verum quando talis commutatio est facta, iurans non tenetur ex vi iuramenti ad præstandum illud in quod facta est. Quia illud iuramento non promissum; sed ex pacto, quo illud loco alterius acceptauit. Secus autem est in commutatione voti. Quia dum acceptat quis commutationem, tacite Deo promittit id, in quod fit commutatio; quæ promissio cum Deo fiat, habet vim voti. Præterea omne iuramentum promissorium vel fit in honorem Dei, & sic continet Votum, vel fit in favorem hominis, & tunc vel acceptatur, vel non acceptatur. Si fiat in Dei honorem, ut si quis iuret, se auditurum sacrum, &c. commutari potest ab eo, qui simile votum potestate Ordinaria potest commutare: verbi gratia ab Episcopo, & aliis Praelatis habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem in suos subditos. Hi quidem possunt talia iuramenta, præter ea, quæ implicant votum Pontifici reservatum, mutare. Quia in illis dispensare possunt: commutare autem minus est, quam dispensare; nam dispensatio omnino remittit iuramenti obligationem: commutatio verò non item: sed vnum in aliud mutat vel æquale vel melius. Profectò ex potestate delegata Regulares, qui ex privilegio vota commutant possunt etiam iuramenta de eadem materia commutare. Quia iuramenti vinculum per se minus est, quam votum: at cui concessum quod maius est censetur etiam quod minus est, concedi. Lessi. *l. 2. c. 42. dub. 12. n. 57. & 58. & 59.* Bonac. *de iuram. q. 1. pun. 17. n. 7.* Sanch. *de matr. l. 8. d. 16. n. 7.* Manu. *p. 1. sum. c. 191. concl. 10.* Arag. *2. 2. q. 89. a. 12.* Ludou. *Lop. de voto. q. 5. n. 42.*

52 Commutatio iuramenti in æquale, vel minus bonum, quamvis fieri non possit sine auctoritate Praelati, aut alterius habentis ad hoc potestatem: in illud tamen, quod certum est, melius esse, unusquisque pro suo arbitratu commutare potest. Vnde omnia iuramenta extinguuntur Religionis approbatæ professione, sicut & vota. Quid si talia iuramenta cedant in commodum tertij? Certè si promissionis verba ad illum directa non sint, nullum ille ius acquirit. Si autem iuramentum fiat in favorem hominis & valide sit acceptatum, non potest commutari ab alio, ipso invito, nisi intercesserit iniuria, vel nisi hoc in instam illius poenam, vel nisi commune bonum ita flagitet. Quia superior non potest tollere ius alterius nisi vigentissima adsit causa: ille autem, in cuius favorem præstitum est iuramentum, ius per acceptationem acquisivit. Lessi. *l. 2. cap. 42. dub. 12. numer. 58.* Bonac. *de iuram. q. 1. pun. 17. num. 7.* Caiet. *2. 2. q. 88. a. 12.*

53 Quintò, tollitur iuramenti obligatio Dispensatione, seu abolitione. Hæc fit superioris auctoritate: & quidem summus Pontifex in omni iuramento potest ex causa rationabili, cessante tertie personæ damno, dispensare. Tolet. *l. 4. c. 23.* Arag. *2. 2. 9. 89. a. 9.* Episcopus autem ex causa, cum sibi subditis, non solum potest declarare quando dubium subest, an aliquid sub iuramento promissum sit debiti voti materia: sed etiam dispensare in omnibus iuramentis, quæ si essent vota, posset in illis dispensare. Quia vinculum iuramenti minus est, quam vinculum

lum voti: unde qui potest à voto. absolvere, à iuramento etiam de eadem re. emissio absolvere potest. D. Tho. 2. 2. q. 89. a. 9. ad 3. Sayr. in clau. l. 5. c. 8. n. 9. Filliuc. tr. 2. 5. c. 9. q. 9. Bonae. de iuram. q. 1. pun. 17. num. 11.

54
Prælati Regulares circa suos subditos, & qui Ordinum Mendicantium privilegia fruuntur dispensare in iuramento possunt.


Prælati Regulares exempti ab Ordinario circa suos subditos in iuramentis dispensare possunt, sicut Episcopi. Imò etiam omnes confessores Ordinum Mendicantium, & alij Confessores Regulares, qui Ordinum Mendicantium privilegiis fruuntur, ex privilegio Innocentij VIII. & Eugenij IV. possunt dispensare in omnibus votis, in quibus possunt Episcopi: & consequenter in omnibus iuramentis, iuxta supra traditam rationem. Manu. p. 1. sum. c. 191. n. 10. Arag. 2. 1. q. 88. a. 12. Sanch. l. 4. sum. c. 51. n. 8. Sayr. in clau. l. 5. c. 8. n. 10. Porro privilegium Innocentij fuit tantum viæ vocis oraculum, & idèd hoc tempore annullatum per Bullam Urbani VIII.

55
Dispensans in iuramento sine causa, peccat, & in foro conscientie non est valida dispensatio.

Dispensans in iuramento sine causa rationabili peccat: nec in foro conscientie valida est dispensatio. Quia respectu illarum rerum, quæ exiure diuino, seu naturali pendent, non habet summus Pontifex supremam potestatem, sed tantum dispensatoriam, quæ data est in Ecclesiæ ædificationem, & non in destructionem. Causa verò dispensandi in iuramento elicienda est, vel ex gravitate operis, & imbecillitate iuratis: vel ex diminuta operis utilitate: vel respectu boni communis: & quæcunque causa sufficiens ad dispensandum in vo is, sufficit etiã ad dispensandum in iuramentis. Certè quòd causa nò est sufficiens, ad dispensandum, potest iuramentum partim relaxari, & partim commutari, habita causæ ratione. D. Tho. 2. 2. quest. 88. art. 12. ad 2. Caiet. ibi. Sanch. l. 3. cap. 19. numer. 4. Valent. 2. 2. d. 6. quest. 7. pun. 4. Sylui. 2. 2. quest. 88. art. 12. concl. 4.

56
Causa iusta dispensandi in iuramento, quamvis sit in fauorem tertij emissum.

Denique causas iustas relaxandi iuramentum quamvis emissum sit in fauorem tertij, recenseo. Prima est, si metu, vel fraude sit extortum. Secunda, si alia iniustitia intercessit, ut cum usurarius exigit iuramentum de usuris soluendis: vel quando quis in contractu grauitèr est læsus, & coactus, illum iuramento confirmare, vel non aduertens læsionem spontè confirmavit. Tertia, in iustam poenam, quando is, cui præstitum est iuramentum est, meretur, vel quia iniquè exegit, siue quia commisit aliquid ob quod meretur bonis spoliari; vel quia contumax in Ecclesiâ obicitur. Quarta, si bonum commune id postulare videatur. Lessi. l. 2. c. 42. dub. 1. n. 6. Sylui. 2. 2. q. 8. a. 12. concl. 4. Bonae. de iuram. q. 1. pun. 17. num. 8.



DE VOTO.

CAPVT IX.

De Voti essentia.

57
Voti definitio. Et vis particula.



OTVM est Promissio Deo facta deliberatè, de meliori bono. Prima definitionis particula Promissio significat, votum non esse nudum propo-

tum boni operis in Dei honorem præstandi absque obligationis necessitate: etenim promissio si verè, & non fictè fiat, procedit ex voluntate se obligandi, ita ut promissario, id est, Deo ius acquirentur. Quod adeo est verum, ut si quis ignorans vim, & essentiam voti, velit vouere, non autem obligationem voti contraheret: re vera nec voueat, nec obligetur. Quia incogniti nulla voluntas: & error circa substantiam, ac essentiam rei vitiatur actum. Sanch. l. 1. de matr. d. 9. num. 3. & l. 4. sum. cap. 1. numer. 27. Suar. l. 1. de voto, cap. 3. numer. 3. & 7. Valent. 2. 2. d. 6. quest. 6. pun. 1.

Si vouens animum se obligandi, ac verè vouendi habeat: licet non implendi, sed præuaricandi votum: nihilominus vota adstringuntur. Quia sicuti re ipsa accidere potest, ut aliquis castitatis voto obstrictus sit, castitatem tamen non seruet: sic etiam hæc Deo voluntate separari possunt, ut aliquis voto obligatus esse velit ad castitatem seruandam, non tamen obligationi satisfacere. Sanch. l. 4. sum. c. 1. n. 2. 3. Sorus l. 7. de iust. q. 1. a. 2. Arag. 2. 2. q. 88. a. 1. concl. 3. Nauar. sum. c. 12. n. 27. Medina. l. 2. insitut. cap. 14. §. 6. Suar. l. 1. de voto, cap. 4. fine.

Altera definitionis particula, Deliberatè, dicit, ad votum, sicuti & ad quamlibet aliam promissionem, quæ obligationem pariat, requiri voluntatis consensum. Unde colligitur votum validum non esse, quod ex subitaneo motu, vel animi passione iudicium, ac deliberationem perturbante, concipitur. Quia cum talianimi perturbatione ac indeliberatione neque mortaliter solet delinqui. Tanta autem animi deliberatio requiritur, ac sufficit ad taliter peccandum. Quapropter sicut ad peccatum mortale, ita & ad votum requiritur plena deliberatio intellectus. Palud. in 4. d. 38. q. 1. D. Antonin. p. 2. tit. 11. c. 2. ante §. 1. Nauar. sum. c. 12. n. 26. & 27. Sanch. l. 1. de matr. d. 8. n. 5. & l. 4. sum. c. 1. n. 2. Moli. 2. 2. de iust. d. 267. Suar. l. 1. de voto cap. 9.

Hinc colligo votum editum ex ignorantia siue errore tollente voluntarium, nullius roboris esse. Moneo tamen duplicem esse ignorantiam, aliam negatiuam positiuam aliam. Si ignorantia negatiua sit circa rei promissæ substantiam irritum est votum. Quia incogniti nulla est voluntas. Si autem solum sit circa accidentalialia rei promissæ, validum votum erit. Quia cum accidentalialia, seu circumstantiæ sint cõnexæ rei promissæ: ideo qui hanc voluntarie vouet, illas etiã consequenter vouisse cõtetur. Porro ignorantia positiua, siue error positiuus impedit voti valorè, nò tantum si circa substantialia rei promissæ versetur: sed etiã si circa accidentalialia, quæ secundum falsam voluntatis existimationem notabiliter obiectum immutat. Exemplum exhibeo ex Laymano citando: Ordinem Carthusianorum te voues ingressurum, existimans, in eo permissum esse carnibus vesci, ita ut talis error sit antecedens, siue causa vouendi, quia eo seposito, minime voueres: voto non obligaris. Quia Religionem illà hand absolute vouisti, sed ut tali conditione afficiat: quæ licet sit accedens obiecti, seu rei promissæ materialiter: pertinet tamen quodammodo ad substantiam obiecti formaliter, siue pro

Secl. I. De Precepto II. Recept. Sentent. 112

pro ut est in vouentis intentione. Laym. l. 4. tract. 4. ca. 1. num. 5. Suar l. 1. de voto. c. 11. Sanch. l. 4. sum. cap. 1. num. 4. Excipio votum professionis solemnis, quod instat matrimonij carnalis ob nullum errorem ad substantiam rei promissæ non pertinentem, infirmatur. Idem dixerim de votis simplicibus Societatis Iesu, quippe per quæ veri Religiosi constituuntur, & quasi spirituale cum Christo Domino matrimonium contrahimus, ut Santius citatus edocuit.

61 Tertia diffinitionis particula *Deo facta* significat, votum, si propriè sit loquendum, soli Deo fieri, cum sit actus latriæ, suæ Religionis, qua solùm Deū colimus. Quod si passim apud Doctores legas Sanctis, seu beatis in cælo vota nuncupari: duobus id modis expoluerim. Primò ad eum modum quo dici etiam solet, Tempia & altaria sanctis dedicari: quia Deo dicantur in honorem, seu memoriam sanctorum. Secundo promissio immediatè ipsi Sancto fieri potest ad honorem eius, & testificationem gloriæ, ac beatitudinis ipsius: tunc verò talis promissio sacra quidem est, & ad Dei cultum ordinata: sed non est propriè votum neque elicitive à virtute Religionis, sed dulci, suæ obseruantie. Suar l. 1. de voto. c. 16. m. 9. & 17. Vbi addit, in quibusdam Religionibus dici: *Voueo Deo, B. Mariæ, & Sanctis*. Quod quidem eum sensum habere crediderim: Voueo Deo coram B. Virgine, & sanctis tanquam testibus, & aduocatis. Quarta demum diffinitionis particula, *De meliori bono*, materiam voti significat, de quo mox differemus.

CAPVT X.

De Materia voti.

62 **M**ateria nomen intelligo remotè res ipsas, quas ob honorem Dei nos facturos, aut omisso promittimus, proximè verò ipsam nostram operationem, seu omissionem Deo promissam: v. gr. Voueo, me elemosinam largiturum, ieiunaturum, non blasphematurum. Triplicem conditionem ad materiam voti requiri affirmo. Prima est, ut posita sit in vouentis potestate. Vnde colligò, factum alienū voueri non posse. Quia in vouentis potestate non est. Nec factum moraliter impossibile naturaliter. Quare irritum est votum nunquam venialiter delinquendi ob moralem eius impossibilitatem.

63 Secunda est, ut materia voti sit opus moraliter bonum. Quare opus seu diuina seu humana lege prohibitum, non potest cadere sub votum. Quia cum homini sit illicitum, Deo autem ingratum, non est capax promissionis, seu obligationis: ac consequenter nullum est votum rei malæ. Tolet. l. 4. c. 17. n. 1. Quærit autem, quale peccatum sit, rem malam Deo vouere: Dupliciter delinquit is, qui rem malam Deo vouet, proposito exequendi: videlicet, nõ tantum contrà iusticiam, aliã uero virtutem, cui opus promissum secundum se aduersatur, sed etiam contrà Religionem: & quidem mortaliter, si peccatum mortale Deo quis promittat, se patraturum: venialiter verò, si veniale. Syluest. v. votum. q. 4. Sotus de iust. l. 1. q. 1. art. 3. Mascob. & Mend. Theol. Moral. To. 1. p.

na 10. 1. sum. c. 94. conu. 1. Tolet. citat. Caiet. v. Votum. art. 2. Armil ibi, num. 1. Less. l. 1. cap. 40. num. 37. Sanch. l. 4. sum. c. 6. n. 9. Hi tamen excipiunt, si quis peccatum veniale Deo promittat, quasi ipsi placeat, & acceptum sit; fore hanc irrisumem Dei, & peccatum blasphemie mortalis.

Finis quidem est, una ex præcipuis circumstantiis, quæ votum assolent vitare: Alius autem est finis rei promissæ, alius verò ipsius vouentis. Prioris prauitas, cum se teneat ex parte obiecti, vitat materiam voti, & consequenter ipsum votum. Non sic prauitas finis posterioris votum infirmat. Quia tenens se duntaxat ex parte voluntatis, quam ad vouendum impellit, ipsam voti materiam, & reliqua substantialia, bona, & integra relinquit. Exemplum exhibeo: si aliquis vouit, se elemosinam daturum ad vanam gloriam captandam, ita ut elemosinæ largitio faciendæ, & vanæ gloriæ causa: nulla oritur obligatio voti. Quia malum est, elemosinam impertire causa instantiæ. Qui autem gloriæ aucupandæ gratia coram aliis vouit, se elemosinam largiturum, is rem bonam vouit, quamvis malè: idcircoque voti religione teneatur. Layman l. 4. tract. 4. cap. 2. num. 1. Caiet. l. 2. quest. 88. art. 2.

Opus ex se indifferens non potest esse materia voti, nisi bono, & congruo fine cohaerescat. Quia tale opus in indiuiduo hoc ipso malum est: nam otiosum, & sine debito destitutum. Deinde etsi actum indifferenter in indiuiduo malum non esse: quia tamen vanus, & inutilis est, ideo votum de huiusmodi opere deridendum potius, quam seruandum. Vnde irrita sunt vota non nendi, die Sabbati in Deiparæ honorem. Non vescendi capite bouino in honorem D. Ioannis Baptistæ decollati: Non comedendi in festo S. Laurentij carnes assas; si interim vouenti facultas relinquatur aliis feruilibus operibus eodem die se occupandi, vel aliis carnibus vescendi. D. Antonin part. 2. tit. 11. cap. 2. §. 4. Angel. v. Votum. §. 5. Caietan. 2. q. 8. art. 1. Medi. l. 1. in finit. cap. 14. §. 6. Nauar. sum. cap. 12. num. 28 & 37. Tolet. l. 4. cap. 17. num. 14. Sanch. l. 4. sum. c. 7. num. 6. Azor. l. 1. cap. 14. quest. 5. Certè eiusmodi abstinentiæ ad Diuos honorandos congruæ non sunt, sed potius superstitiosæ.

Opera bona, quæ sub præcepto sunt, possunt esse materia voti. Quia cum necessitas præcepti non est simpliciter dicta, sed solum ex suppositione finis, si homo à peccato declinare, vel animæ salutem seruare aut consequi velit: ac proinde voluntas simpliciter libera maneat, ad opus faciendum, vel omittendum: poterit ea magis determinari, & obligari per votum. Si quidem nihil obstat rem eandem ex diuersis obligationum capitibus esse debitam: & debitorem: pluribus ac diuersis vinculis adstringi. D. Thom. 2. 2. quest. 85. artic. 2. in corpo. Laym. l. 4. tractat. 4. capite 2. numero 9. & alij communiter.

Votum rei bonæ, sed propter finem temporalem seu indifferenter non est validum si finis omnino indifferens sit ipsius rei promissæ, principalis, ac totalis: verbi gratia si quis

64 Finis est omnis ex præcipuis circumstantiis, quæ votum assolent vitare: Alius autem est finis rei promissæ, alius verò ipsius vouentis.

65 Opera bona aliis præcepta possunt esse voti materia.

66 Votum rei bonæ, sed propter finem

K 3 voueat

temporalem,
seu indiffe-
rentem non
est valitum.

voueatur, se ieiunaturum, ut sumptibus parcat, nullum alium finem iustum spectans. Quia cum in moralibus species rei sumatur à fine: idem si finis rei promissae sit indifferens, totus actus ex objecto indifferens erit, adeoque inepta materia voti. Sin autem aliquis rem bonam, verbi gratia eleemosynam, aut ieiunium voueat, tanquam medium, ut à Deo impetret rem temporalem, seu indifferentem, verbi gratia officium honorificum praedius matrimonium, vel in gratiarum actionem. Si obtinuerit: voto obligabitur. Quia haec à Deo tanquam eorum auctore petere, vel pro impetratis gratias agere, bonum est, & honestum. Angel. v. *Votum* §. 4. Sylvest. v. *Votum* 1. quest. 4. Sanch. l. 4. sum. cap. 7. num. 2. 5.

67
Tertia condi-
tio voti, ut
sit de meliori
bono.

Tertia conditio est, ut materia voti sit opus melius, quam oppositum. Quia cum Deo, cuius voluntas sanctificatio nostra est. 1. *Theol.* 4. magis placeat opus, quod maius, & melius, quam eius oppositum: sequitur, Deo placitum, seu acceptum non esse, si homo se obliget ad faciendum minus: hoc enim ipso se obligat ad omittendum oppositum, quod melius est, & Deo magis placitum. Quare talis obligatio, aut promissio Deo accepta non est. D. Thom. 2. 2. q. 88. a. 2. Laym. l. 1. tr. 4. c. 2. n. 1. addens, validum esse votum quasi conditionale: Si lusero sine rixa & fraude voueo me lusurum. Si comedero, temperate comesturum est. Quia talia vota resoluntur in negationem: Voueo, me nihil inhoneste acturum. Suar. l. 2. de voto, cap. 8. n. 5.

68
Matrimo-
nium ordina-
re non est
voti materia.

Matrimonium ordinari non est voti materia. Quia status continentiae melior, ac beator est teste Apostolo 1. *Cor.* 7. Trid. sess. 24. c. 10. si quidem animus à curis secularibus & carnis voluptatibus liberum magis expeditum reddit ad seruandum Domino, Palud. in 4. dist. 38. q. 2. defin. 5. & omnes. Excipe nisi persona aliqua ob corporis fragilitatem, ac inueteratam peccandi consuetudinem, adeo sit ad lapsum carnis prona, ut vitiorum prudentum iudicio consultum ei sit, statum matrimonij amplecti. Bel- lar. l. 1. de Monach. c. 14. Azor. l. n. c. 14. q. 9. Moli. 10. 1. tr. 1. d. 149. Sanch. l. 2. de matr. d. 4. n. 7. Sotus l. 7. de iust. q. 1. a. 3. Verum si aliquis pietatis intuitu erga puellam pauperem, vel miserabilem nempe meretricem, votum edidit, se eam ducturum; obligatur voto, non quidem absolute, ut eam ducat: sed conditionate, si aliquam ducere velit, hanc ducat; seu ne aliam ducat, quam istam: ad quod etiam ab Episcopo potest compelli, si votum fuit publicum. Henric. l. 1. 2. cap. 6. n. 5. Philiar. 10. 1. de offic. Sacerd. p. 2. l. 3. cap. 17. num. 3. & alij.



CAPVT XI.

De Voti obligatione.

69
Quid voto
promissum sit,
plene et obli-
gatum in
Ecclesiastico
externo foro
potes ad id
compelli.

Fide est, teneri nos praestare, quod voto promittimus Isa. 19. *Colent eum in hostiis, & muneribus, & vota vouebunt Domino; & soluent.* Deut. 23. *si nolueris polliceri, absque peccato eris: quod autem semel egressus es de labiis tuis, obseruabis.* Imo etiam in externo Ecclesiastico foro vouens ad executionem potest compelli, si constat edidisse. l. 1. 2. & 3. ff.

de pollicit. cap. Quod super, de fide instrum. D. Tho. 2. 2. q. 189. a. 3. ad 1. Quia ad Ecclesiasticum iudicium officium impedire pertinet, ne grauius crimina committantur, cuiusmodi est Sacrilegia voti transgressio. Sylvest. v. *Votum* 2. q. 19. Angel. v. *Votum* 3. §. 2. 6. Sanch. l. 4. sum. c. 11. n. 49.

Obligatio voti ex genere suo grauis est, & sub lethali piaculo. Quia tendit ad fidelitatem Deo ex Religionis virtute praestandam. 1. Timot. 5. *Habentes damnationem, quia praeter legem rationem fidem irritam fecerunt.* Tamen ob materiam leuitatem efficitur levis obligatio, & sub veniali piaculo. v. gr. si aliquis se ter *Pater, & Ave* recitaturum vouerit. Quia votum est quasi priuata quaedam lex, quam quisque sibi sponte imponit: adeoque eius obligatio ad modum aliarum legum est explicanda, ut ad eius grauitatem tum intentio ferentis obligationem, tum etiam materiae capacitas requiratur. Sotus l. 7. de iust. q. 2. a. 1. Nauar. c. 11. n. 40. Sa. v. *Votum* n. 15. Valent. 2. 2. q. 6. p. 4. Manu. 10. 2. sum. c. 99. concl. 3. Sanch. l. 4. sum. c. 12. n. 5. Tolet. l. 4. cap. 17. num. 10.

Votum in dubio interpretandum est secundum voluntatem & intentionem vouentis: quippe ex qua omnis vis, & mensura obligationis oritur. Si autem de vouentis intentione non satis constet, tum materia voti est inspicienda, & secundum eius naturam, & conditionem votum obseruandum. Quia quisque promittens praesumitur tali modo se obligari voluisse, sicuti rei promissae natura postulat. Si vero etiam voti materia inspecta, de vouentis voluntate dubium maneat, tum interpretatio fieri debet secundum verborum, quibus vltus est proprietatem, vel potius communem, & vltatam acceptionem. Quia verborum proprietate, vel communi acceptione obseruata, neque materia voti repugnante, strictam potius, quam amplam voti interpretationem in dubio fieri conuenit. Caiet. 2. 2. q. 88. a. 2. Sanch. l. 1. de matr. d. 18. & l. 4. sum. c. 11. n. 29. Suar. l. 2. de iuram. c. 32. & l. 4. de voto c. 7.

Profecto circa tempus, quo vota implenda sunt: si dies, vel tempus praefinitum est, ut ultra aliud executio voti non differatur: eo elapso votum continuè est in culpa: & tanto quidem maiore, quanto diutius exequi vouens sine causa iusta moratur. Addo, si vouens praui deat fore, ut tempore praefixo impedimentum incidat, debere eum ante exequi. Quia cum tempus praefixum sit tanquam terminus seu finis executionis differenda: si eo tempore votum impleri nequeat, debet ante illud tempus impleri: ne contra promissionem dilatio fiat ultra tempus praefixum. At si nullo definito tempore votum v. gr. eleemosynae danda absolute factum fuerit: debet illud vouens exequi cum primam commode possit. Quia hoc commune est omni promissioni absolute & non limitatae, ut statim obligatione pariat, & consequenter exequi debeat. Sanch. l. 4. sum. c. 11. n. 8. Suar. l. 4. de voto c. 14. n. 7. Valent. 7. 2. 2. d. 6. q. 6. p. 4. quaest. 1. n. 3. Sylvest. v. *Votum* 2. q. 1. Colligo ex Deut. 23. *Cum votum voueris Domino, non tardabis reddere: quia requirit illud Dominus Deus tuus: & si moratus fueris reputabitur tibi in peccatum.*

Certe obligatio voti personalis est adeo, ut solum vouens, & non alia persona obligetur. Quia obligatio voti & coniunctae promissionis personalis

ex propriæ voluntatis consensu nasci debet: Ergo non alium quam ipsum vouentem obligat. Palud. in 4. d. 38. qu. 3. a. 1. Syluest. v. Forum. 1. Communi. qu. 9. Sotus l. 7. qu. 2. a. 1. ad 5. Et fumi potest ex Pal. 65. Reddam tibi vota, que distinxerunt la-
bia mea. Hinc colligo, si Communitas (verbi gratia) alicuius pagi, votum edat quotannis peregrinationem instituendi, posterius eius non obligari ex vi voti, in quod non consenserunt; sed interdum ratione pacti, vel statuti, aut longæ consuetudinis obferuandi huiusmodi rem tanquam ex obligatione: dummodo approbatio Episcopi expressa vel tacita accedat. Colligo deinde, factum alienum voueri non posse, verbi gratia, alium ieiunatum, Religionem ingressum. Præterea teneri ipsummet vouentem votum implere, nec liberari, si per alium impleat. Quia vouens (vt suppono) factum proprium promittit: Ergo ad illud obligatur. At si quis votum suum implemet implere non possit, non tenetur alium rogare, vel substituere, qui impleat, tamen si vouens, non absque culpa in huiusmodi impotentiam incidit. Quia actus non se extendit ultra agentis intentionem: Vouentis autem intentio fuit se facturum, verbi gratia, oraturum, ieiunatum: Ergo si id præstare non potest, non tenetur aliud facere, puta, alterum rogare, & substituere. Cuncta hæc ex Vasquez, Sanch. Suarior, Syluest. D. Antonino, & aliis colligit Layman. lib. 4. tract. 4. cap. 3. num. 6.

Ad hæredes post aditam hæreditatem realium votorum obligatio transit. Quia hæres voluntariè adeundo, & acceptando hæreditatem defuncti, sicut comoda eius, & omnia iura acquirit: ita etiam onera, & debita, siue reales obligationes in se suscipit. Inter huiusmodi autem obligationes, est etiam votum reale, id est, promissio Deo facta alicuius rei in honorem ipsius præstandæ. Vota autem merè personalia defuncti non tenetur hæres implere. Quia hæres succedit defuncto, eiusque personam representat tantum in rebus commodis, siue iuribus pariter ac oneribus seu debitis. Hæredem. ff. de reg. iur. in 6. Non item in privilegiis, & obligationibus personalibus, id est, quæ personæ illius coherant. Excipio, nisi sponte se obligarit ad vota personalia defuncti exequenda. Vel nisi sub ea conditione hæres non necessarius sit institutus, vt talia vota exequatur. Ita Doctor. ad c. licet. de voto. Neque vota mixta hæres implere tenetur: nisi quod in his reale est, per se, & independentè à personali obligatione defunctus promittere intenderit. Id vero in dubio, & nisi ex rei promissæ natura coniectura capi possit, præsumi non debet. Palud. in 6. dist. 38. qu. 3. a. 3. conclus. 4. D. Antho-
nin. p. 2. tit. 1. cap. 2. §. 5. Syluest. v. Votum 2. qu. 11.

Ad huius autem intelligentiam non te latet, triplex esse votum, Reale, Personale, & Mixtum. Reale est promissio Deo facta alicuius rei dandæ, vel expendendæ à vouente, verbi gratia, elemosynæ largiendæ, Ecclesiæ erigendæ. Personale est promissio Deo facta alicuius actionis, functionis, seu officij præstandi à vouente: verbi gratia, castitatem seruandi, orandi, ieiunandi. Mixtum est, quod ex utroque participat: si quis Deo promittat non solum rem aliquam suam, sed etiam propriæ personæ offi-

cium, siue functionem: verbi gratia, se propriis manibus Templum extructurum; suis sumptibus peregrinaturum: contra Fidei hostes profecturum. Igitur in voto reali, personali, ac mixto attendi debet, quidnam principaliter promittere vouentis animus fuerit. Constat autem (vt vidimus) ad vouentis hæredem post aditam hæreditatem, transire votorum realium obligationem, non autem personalium. Addo, nec teneri vota, ac legata pia præstare ultra vires hæreditatis: imò neque cum diminutione legitimæ necessariis hæredibus debita. Vota denique mixta implere non teneri, nisi quod in eis reale est per se, ac independentè à personali obligatione, defunctus promittat.



CAPVT XII.

De Voto Pœnali.

VOTUM Pœnale dicitur, cum quis minimè affectus est ad rem, quam in pœnam vouet: sed ideo eam promittit, si crimen commiserit, & à crimine retrahatur. Hoc duobus modis accidit. Primum, si duplex votum edat, videlicet rem aliquam absolui faciendi, vel omittendi, ad quam animus inclinatus est: si verò id non præstiterit, tum aliud ad quod animus inclinatus non est, tanquam in criminis pœnam, præstandi: verbi gratia, si voucas, te non fornicaturum, sin autem fornicationem gesseris, Religionem ingressum. Secundò, si sola pœna promittatur sub conditione si id, quod animus est præstare, præstitum non fuerit: verbi gratia, Votuo me elemosynam daturum, si lulero. Sanch. l. 8. de matrim. d. 10. num. 1. & l. 4. Sum. c. 2. n. 2. Azor. l. 11. c. 1. qu. 8. Ludou. Lop. p. 1. l. 1. sum. c. 44.

In voto verè pœnali, si res illa, quam vouens per se ac principaliter spectabat, impossibilis, vel Deo accepta non sit: tunc cadit etiam obligatio pœnæ. Quia vt accessoria promissa fuit: unde consequenter si res principalis præstanda non est, neque pœna locum habet. Exempli gratia, si aliquis vouit: Ni vindictam sumptero à tali inimico, vel si cum hoc homine, quo cum inimicitias gero, locutus, vel domum eius ingressus fuero, in pœnam ieiunabo, elemosynam impertiar: nulla est pœnæ subeundæ obligatio. Si obligatio voti validè emissi per dispensationem sublata fuit, tunc eo ipso cadit etiam obligatio pœnæ, licet de ea in dispensatione nulla facta fuerit mentio. Quia pœna habet ordinem ad transgressionem: At post dispensationem locum non habet transgressio voti: Ergo neque pœna. Quotiescumque aliquis ob ignorantiam, seu obliuionem, rem principalem perficere omisit, non tenetur pœnam præstare. Quia pœna locum non habet, vbi voluntaria transgressio non fuit. Laym. l. 4. tract. 4. c. 5. num. 1. & 3. citans alios.


Si quis vnicum votum ediderit, videlicet de pœna soluenda, si accidat in posterum, vt blasphemia, aut peccatum simile committatur: in primis examinanda est vouentis intentio, quæ plerum

plurimumque effectus, in perpetuum sibi interdicere peccandi facultatem sub proposita poenae, ita ut quotiescumque transgressio illa fiat, de prima vice, si et plerumque in illigenam si, toties quoties blasphemia committitur.

dicere peccandi facultatem sub proposita poenae, ita ut quotiescumque transgressio illa fiat, de prima vice, si et plerumque in illigenam si, toties quoties blasphemia committitur.

plurimumque effectus, in perpetuum sibi interdicere peccandi facultatem sub proposita poenae, ita ut quotiescumque transgressio illa fiat, de prima vice, si et plerumque in illigenam si, toties quoties blasphemia committitur.

dicere peccandi facultatem sub proposita poenae, ita ut quotiescumque transgressio illa fiat, de prima vice, si et plerumque in illigenam si, toties quoties blasphemia committitur.



CAPVT XIII.


De Voto Conditionali.

VOTUM conditionatum dicitur id, ex quo obligatio oritur imperfecta, & suspensa: pendens nimirum a futuro even-
tu in conditionem appposito. Porro votum editum sub conditione euentus praeteriti, aut praeteriti, verbi gratia, si pater meus vixit, si pater meus mortuus est, non est proprie conditionatum, Quia statim parit absolutam obligationem, si posita conditio existat: vel nullam obligationem parit, si posita conditio non existat. Item a definitione voti conditionati excludo illa vota, quae non proprie praefatam continent conditionem: sed determinationem temporis, in quo votum debeat impleri: verbi gratia, Voveo, me Religionem ingressurum, si pater meus moriatur. Quia perinde est, ac si dicam: Quando pater morietur. Quam ob rem absoluta nascitur obligatio, licet executionis dilatio aliqua concedatur. Sotus in 4. distincti. 19. qu. 2. artic. 1. Sanchez l. 4. Sum. cap. 23. num. 11. & l. 8. de matrim. d. 10. num. 4. Praeterea licet votum conditionatum non pariat statim perfectam obligationem: parit tamen imperfectam, & suspensam, quae, eueniente conditione, perficitur, & absoluitur. Quia qui vovit conditionate, servare tenetur propositum implendi voti, si conditio euenerit. Et non debet se interim, dum euentus conditionis speratur, inhabilem ad executionem voti reddere: verbi gratia, qui vovit se Religionem ingressurum, si pater ex India saluus redierit: is licet matrimonium inire non potest, licet pater longo tempore absit, donec de eius morte certior factus fuerit. Navar. l. 3. consil. conf. 15. de voto. Sanchez l. 4. c. 23. Ex-
cipio, nisi conditio ex libera vouentis voluntate pendeat: tunc enim euentum illius vouens expectare non tenetur: verbi gratia, vovit quis si luserit intra annum, se Religionem ingressurum: vel si Religionem aliquam ingressurus fuerit, Carthusianum fore: utroque casu, nullo expectato euentu, ad nuptias liberè accedere potest. Sanchez citato cap. 22. num. 12.

Demum votum conditionatum interdum accipitur latè, ut comprehendat etiam votum peccinale. Interdum vero strictè, ac proprie, quae est promissio alicuius rei praestandae sub para conditione alicuius futuri euentus contingentis, non in criminis poenam: & de hoc voto ex instituto sermo est in praesenti.

Si per vouentem stat, quominus conditio impleatur, si conditio nulla lege praeccepta pendeat ex libera vouentis voluntate, non peccat, licet eam enitet ob hanc solum causam, ne voti contrahat obligationem: verbi gratia, Vovuit quis eleemosynam se largiturum, si iuraverit, si luserit: non peccabit, etsi ideo à iuramento, seu ludo abstineat, ne voto obligetur. Suar. lib. 4. de voto, cap. 17. assert. 1. Sanchez lib. 4. Sum. cap. 23. qu. vlt. Quia cum vouens adhuc liber sit à voto, poterit eius obligationem subterfugere, vel impedire quocunque modo non illicito: Atqui licitum ei est non iurare, non ludere. Loquor autem de conditione, quae nulla lege praeccepta est: & suppono, vouentem noluisse se obligare ad conditionem implendam: verbi gratia, ad ludendum: sed solum ad rem praestandam, si conditio ex libera sua voluntate pendens, impleta fuerit. Laym. l. 4. r. 4. c. 6. m. 1.

Conditio haec: Si patri placuerit, Religio-
nem, verbi gratia, ingrediar, quoniam modo censeri debeat impleta, vel non? Certè si pater, re cognita, voto, primò consentiat, censetur in pleta conditio, & obligatio, quae non tollitur, quomodo pater postea dissentiat. Laym. l. b. 4. tract. 4. cap. 6. num. 1. At si pater, re cognita, prius dissentiat, deficit conditio, & obligatio: etsi postea consentiat. Sotus in 4. distincti. 19. qu. 2. artic. 3. Sylvest. v. Matrimonium, qu. 4. disto 3. Azor. lib. 1. cap. 15. qu. 9. Navar. Sum. cap. 22. num. 61. Veracr. p. 1. specul. artic. 19. Si autem pater nec consensum, nec dissensum exprimat, ad alia signa, & coniecturam attendendum est. Quia in quibusdam personis, consideratis circumstantiis, taciturnitas significat maiorem animi indignè ferentis: in aliis vero tacitum consensum, vel saltem non repugnanti voluntatem. Sylvest. vbi f. disto 4. Navar. citato numero 61. Porro si pater expresse dicat, se quidem non contradicere, nec dissuadere: verum nec suadere, aut probatum consensum dare velle: tunc censeri debet conditio impleta, nisi constet, aliam fuisse mentem vouentis. Sanchez inibi. Sylvest. & Veracr. Anton. Aucus lib. 5. institut. titulo 11. num. 54.



CAPVT XIV.

De personis, quae possunt vovere.

MNIS homo viator tam pubes, quam impubes postea quam rationis usus sufficiens ad voti naturam discernendam, fuerit assecutus, valide vovere potest, nisi aliunde sit impeditus. D. Thom. 2. 2. quæst. 88. artic. 9. & Doctores communiter. Vnde vota ante septimum ætatis annum

Secl. I. De Præcepto II. Recept. Sent. 116

annum emissâ irrita censetur, nisi probabilis-
sima coniectura suadeant, sufficientem ratio-
nis usum in tenera illa ætate non defuisse.
Contra verò post cõpletum septennium edita vo-
ta valida præsumuntur, quatenus est ex parte
votentis: nisi probabilia indicia ostendant, de-
fuisse rationis discretionem. Sanchez l. 1. de
matrim. d. 8. & 16. & l. 4. sum. capite 1. nu-
mero 14.

83
Ecclesia in
quibusdam
voti certam
formam re-
quiri, quæ
non
obseruanda
sunt irrita.

Licet omnis homo ratione præditus valide
possit vouere: Ecclesia tamen in quibusdam vo-
tis certam formam, seu conditionem requirit,
qua non obseruata, irrita vota sunt. Vnde in-
firmat vota solemnia, quæ ex gravi eoque in-
iusto metu fiunt: Item Religionis professio-
nem, quæ ab impubere editur. cap. Ad nostras,
de Regular. cap. 1. & 2. eadem tit. in 6. cap. Puella
20. quæst. 1. Hodie verò post Trident. sess. 24. c. 15.
irrita est professio, quæ fit ante decimum sex-
tum annum, vel ante tempus annuæ probatio-
nis ex ætate.

84
Non sunt
firma vota
calumniam
in
vota pot-
estatis præiu-
dicium.

Vota firma non sunt, sed irrita fieri possunt,
si cadunt in præiudicium alienæ potestatis, cui
vontes subiecti sunt: verbi gratiâ Religiosus
suo Prælati: impubes patri, vel tutori: filius fami-
liam patri, vel aui, in cuius potestate existit: ser-
uus domino: coniux coniugi: debitor creditori:
denique omnis subditus superiori suo. D. Tho.
2. 2. quæst. 88. art. 8. Palud. in 4. dist. 1. 8. q. 4. art. 2.

85
Duplex af-
fectio depen-
dentiam a
voluntate al-
terius perso-
næ, erga qua
vtriusque enim
voluntas secundum
omnes actio-
nes suas quodammodo
subiecta est alienæ vo-
luntati. Altera dependentia est secundum quid,
ac veluti per accidens, videlicet ratione mate-
riæ, quæ alterius iuri, vel potestati est subiecta:
cuiusmodi dependentia cernitur in aliis perso-
nis alteri obligatis, nempe seruo, coniuge, Reli-
gionis nonito, filio, familiam pubere, &c.

86
Actiones Re-
ligiosæ, quæ
posse esse
materia voti
in quadrupli-
ci differentia
existunt.

Actiones Religiosæ, quæ secundum se, si-
ne ex obiecto suo spectatæ voti materia esse
possunt, in quadruplici differentia existunt.
Quædam sunt positæ in præcepto sue Dei, si-
cut Ecclesiæ: vt non mentiri, die festo exaudi-
re Missam: quo etiam spectant, quæ in Ordinis
regula continentur: vt statis temporibus ieiunare,
&c. Quædam sunt positæ in consilio, &
omnino concessæ Religioso, ita vt non petita
licentia à Prælati eas possit exercere: vt ora-
re Deiparæ Litanias, terram in cella osculari,
&c. Quædam sunt prohibitiæ Religioso, vt eas
non exerceat sine Superioris facultate: vt supra
ordinis præscriptum ieiunare, peregrinari ad lo-
cum pium, &c. Quædam denique sunt, quæ li-
cet secundum se, & ex obiecto præcisè specta-
tæ, bonæ, & voti capaces existant tamen Re-
ligioso ob iustam causam sunt simpliciter pro-
hibitiæ, ita vt nec petita licentia à Prælati per-
mitti soleant: verbi gratiâ vt Monialis Claustra-
tis ad pium locum peregrinetur.

87
Omnia firmis
Religiosis vota
hanc rationem
conducunt
includunt.
Nisi Præla-
tus, re cog-
nita contra di-
xerit.

Et quidem omnia firmè vota Religiosæ, vel
impuberes, etiam ea quæ sunt de actionibus
positis in præscripto consilio & ipsi absolute
concessis, imò & ea, quæ versantur circa actio-
nes in præcepto positas, vel Ordinis regula
præscriptas; eam tacitam in se conditionem
includunt; Nisi Prælati, re cognita, contradi-

xerit. Quia Prælati potestatem habet omnia
eiusmodi vota directe infirmandi, seu irrita
reddendi. D. Thom. 2. 2. quæst. 88. artic. 8. ad
3. & 4. Sorus lib. 7. de iust. qu. 3. artic. 1. Na-
uar. c. 12. sum. num. 65. Suar. l. 6. de voto, c. 7.
num. 7. Sanch. l. 4. sum. cap. 33. numero 7.
Ex quo fit etiam, ab initio irrita fore Re-
ligiosæ vota, si Prælati antè contraxerat,
ne ederentur. Excipio ea vota, quorum obli-
gationes potestati gubernatiuæ Prælatorum sub-
iectæ non sunt: verbi gratiâ, votum Religi-
onis strictioris ineunda. Suar. l. 3. de voto, c. 6.
num. 23. Sanch. citat. num. 2. Lessi. l. 2. cap. 40.
dub. 10. & 13. Quia professio Religiosa intel-
ligitur, nisi eam in melius commutare placeat.
Ceterum vota Religiosæ circa actiones bo-
nas & absolute non prohibitas, sed solum, ne
sine Prælati licentia perficiantur: tacite in se
hanc conditionem continent. Si Superior con-
senserit, siue licentiam dederit. Quia votum
potius ita interpretari oportet, vt valeat, quam
vt non valeat: At eiusmodi votum inualidum
esset, nisi subintelligeretur conditio, si supe-
rior faciendi operis, quod aliquo præstare
licet non possem, licentiam dederit: Ergo.
Nauar. c. 12. sum. num. 47. Sanch. l. 4. sum. c. 25.
num. 14. Hinc sequitur, Religiosum ex vi ei-
usmodi voti sui obligatum esse ad licentiam pe-
tendam. Quia qui voluntariè se obligat ad fi-
nem, censetur etiam se obligare ad medium,
sine quo finis haud potest obtineri. Azor. l. 11.
cap. 16. qu. 6. Manu. tom. 2. sum. c. 89. conclus. 3.
l. 3. de voto, cap. 6. num. 11. Excipe, nisi constet,
ne virtuale quidem fuisse vontentis intentio-
nem, obligare se, ad licentiam petendam, sed
solum ad rem promissam: verbi gratiâ, iei-
unium exequendum: item si vouens ignorabat
prohibitum esse ieiunare absque Prælati licen-
tia: neutro enim casu tenetur licentiam pete-
re. Sanch. citat. num. 6. Denique circa actio-
nes illas, quæ licet secundum se spectatæ bonæ
sint, & voti capaces, tamen Religioso prohi-
bitæ: vt monialis claustralis peregrinatio:
nihil speciale dixerim; siquidem vota circa ta-
lem materiam ab initio sunt irrita. Quia votum
debet esse de opere bono, imò meliore, quam
sit oppositum: sed agere contra Ordinis regu-
lam, vel contra iustum Superioris præceptum,
non est bonum; Ergo neque voti materia. Alia
verò tria actionum genera, possunt esse in
Religioso idonea voti materia, eo modo, quo
expolui. Laym. lib. 4. tr. 4. cap. 7. num. 5. 6. & 7.
citans alios.



CAPVT XV.

De modis, quibus votum extinguitur,
nempe Irritatione, Commutatione,
& Dispensatione.

DUPLICITER tolli potest voti obli-
gatio. Primò nullius autoritate in-
terueniente: idque vel mutatione ma-
teriæ: verbi gratiâ, si materia ante honesta
fiat turpis, indifferens, vel maioris impedimen-
ti boni, ratione nouæ circumstantiæ, vel prohi-
bitionis

88
Duplicitè
tollit potest
voti obli-
gatio, nulla au-
thoritate in-
terueniente,
& interue-
niente au-
thoritate.

bitionis: vel si fiat impossibilis absolute, & moraliter: Vel desitione conditionis, à qua pendebat. Secundo autem interuentu humanae auctoritatis, quod tripliciter fieri potest, *Irritatione, Commutatione, vel Dispensatione*. Sanch. l. 4. Sum. c. 24. Filliuc. tract. 26. cap. 8. Lessi. l. 2. c. 40. & alij communiter.

89
Hinc varias
resolutiones
elicio.

Hinc hæc dogmata obserua: si votum diuidi possit, sed vnum in eo sit principale, reliqua verò accessoria tantum non per seorsim intenta, sed dependenter à priori tanquam ipsius appendices, ac modi: tunc si principale fiat impossibile, ruere etiam accessorii obligationem, non autem contra: exempli gratià, Vovit quis peregrinationem Romanam in cilicio, & ibi certi aliquid offerre; si peregrinatio impossibilis fiat, non teneris cilicium subire, & impertire oblationem. At si cilicii gestatio impossibilis fiat ob aegritudinem, vel tributio oblationis ob paupertatem: non ideo vouentem à peregrinatione possibile excusari. Sanchez cap. 10. Bonac. d. 4. quest. 2. punct. 4. §. 4. Trull. l. 2. Decal. cap. 1. dub. 10. Si materia voti impossibilis fiat quoad partem tantum: tunc si commodè talis materia non potest diuidi, aut non solet: ad nihil vouentem teneri. Exempli gratià; Vovit quis excurrere Templum, si totum non potest, non tenetur ad partem. Heman. Busembau. in aureo suo libel. l. 3. tract. 2. cap. 3. dub. 5. At si commodè diuidi possit, & solet manere obligationem ad illam partem, quam potest. Exempli gratià. Qui non potest tota hebdomadè ieiunare, potest autem aliquot diebus, ad hoc tenetur si tota hebdomadè ieiunare vouit. Bonac. citat. punct. 7. §. 1. si autem vouentis culpa materia facta fuit impossibilis, inutilis, turpis, indifferens, vel impeditiua maioris boni: tamen postquam iam talis facta est: cessare voti obligationem, & sufficere, de culpa poenitere. Deum si concurrat duorum votorum impossibilitas obligatio, implendum esse id, quod præstantius est, & Deo gratius; aliud verò cessare. At verò si æquale sit, aut vouens nesciat, quale sit melius: implendum esse, quod prius emisit: ac posterius ruere. Si & hoc nesciat, liberam esse electionem. Trull. l. 2. Decal. cap. 2. dub. 9. Busembau. l. 3. tract. 2. cap. 3. dub. 5.

90
Quoniam modo
votum ca-
dat ob irrita-
tionem.

Iam verò, quoniam modo votum per Irritationem corrumpat, exponam, si potestati dominatiuæ alterius sit subiecta alicuius voluntas, potest is subditi istius omnia vota qualia-cumque sint, ad suum libitum sine vlla causa validè irritare directè, id est, potest velle, & pronunciare, vt illa vota nulla sint, ita vt nullo etiam casu postmodum reuiviscat obligatio. Quia hoc ius provenit ex iure positiuo, quo datur alicui legitima potestas dominatiua in alterius voluntatem. Sanch. l. 4. Moral. cap. 24. num. 3. & 31. & alij communiter. Attamen si absque causa vota irritant, delinquet proculdubio. Lessi. l. 2. de iust. c. 40. n. 75. Navar. Snar. Filliuc. quos refert, ac sequitur Busemb. l. 3. tract. 2. cap. 3. dub. 6. art. 1.

91
Pater, unus,
mater, tutor,
heres possunt
vota impu-
berum irritare.

Hinc colligo, patrem, & eius defectu, aum paternum, tutorem, imò etiam matrem, non tantum si tutrix sit, sed etiam in priorum defectu, & Magistrum, vel herum, posse directè irritare vota impuberum cap. Mulier 12. g. 2. cap. 1. & 2. 10. question. 1. capit. si quis, de reg. iuris. in 6. Porro impubertas iuxta iurum

præscripta finitur in masculis anno decimo quarto completo: in feminis duodecimo completo à die natalitij computado, vt sæpè monuimus. Sanch. l. 4. cap. 22. num. 30. & 31. Laym. l. 4. tr. 4. cap. 2. Bonac. d. 4. de voto, quest. 2. punct. 6. §. 2.

Vota Religiosorum (si nonitis excipias) etiam sub prædecessaribus emissà, posse directè, præter summum Pontificem; Abbates, Guardianos, Priores, & Rectores, (imò probabiliter Abbatissas) irritari affirmo. Quia dominatiua firmiter potestate. Exceperim tamen votum ad Religionem strictiorem transeundi. Quia hoc altiori subest potestati. Lessi. l. 2. c. 40. num. 75. Sanch. l. 4. Decal. cap. 24. num. 30. Binsfeld. 3. p. Euchar. cap. 9.

Maritus respectu votorum vxoris idem potest, dummodo id votum mariti iuri præiudicet. Quia rennente marito, & non proprium ius tuente, non potest votum illud Deo gratum existere. Laym. l. 4. tract. 4. cap. 7. Filliuc. tract. 26. cap. 8. quest. 8. Lessi. l. 2. cap. 4. dub. 10. num. 83.

Quis superior votum subditi semel irritauit. Si postea ipse nolit, seu irritandi illud voluntatem retractet: non ideo votum reuoluitur. Quia iam ex prima irritatione omnino euauit obligatio. Sa V. Irritatio voti.

Nullus eorum, quos posse irritare filiorum, nepotum, seu subditorum vota dixi, potest directè irritare vota emissà ante subiectionem. Verbi gratià Maritus haud irritare valet vota, quæ ante matrimonium vxor emiserat. Quia, quando vouit subdita non erat. Facta verò intra subiectionis tempus de re implendo post tempus subiectionis: verbi gratià in pubertate, vel post mariti obitum possum irritare. Quia subditi sunt cum ea emittunt, & tunc superior, pater, aut maritus absolutam obtinet potestatem. Bonac. d. 4. g. 2. punct. 6. §. 1.

Dubitatur quis, an votum emisit tempore libertatis, an subiectionis: haud id potest superior irritare. Quia si fortè ante subiectionem fuit emissum, iure irritandi non fruebatur. Sanch. l. 2. quest. 21. Caramu. l. 3. cap. 1. d. 1.

Emisit quis votum subiectionis tempore potest quidem post illud irritari à superiore, verbi gratià cum impubes erat filius votum emisit, quod pater eo tempore non irritum fecit: adhuc autem post pubertatem à parente potest irritari. Quia subditi erat quando emisit. Quod verum putarim, etsi in pubertate illud ratificasset, putans ex errore esse firmum, secus tamen si infirmum esse nouisset, & independenter à priori ratificasset. Quia huiusmodi votum de nouo emissum esse censetur. Lessi. l. 2. cap. 40. dub. 10.

Prælatum potest irritare votum subditi à prædecessore æquali vel inferiore confirmatum: non tamen à superiore. Quia in ea, quæ superioris ad ius pertinebant, ius inferior non habet. Bonac. d. 4. de voto, quest. 2. punct. 6. §. 3. Laym. infirmum. l. 4. tract. 4. cap. 7.

Quomodo autem vota indirectè irritentur, enuncio. Si alicui non quidem voluntas vouentis, sed voti materia sit subiecta, ita vt in hac ius habeat: is huiusmodi votum potest irritare, irritatione indirecta, hoc est eius obligationem suspendere in quantum suo iuri præiudicatur. Quia lex naturæ docet, quod nemo pos-

Secl. I. De Precepto II. Recept. Sentent. 119

fit alteri promittere aliquid in tertij præiudicium. D. Thom. in 4. dist. 38. quem omnes sequuntur.

100
Poteſt mater
& tutor poſſe
pubertatem
irritare filij
aut pupilli
vota, quæ eo-
rum efficiunt
potentiam.

Hinc colligo præter superius nominatos, poſſe matrem reſpectu filiorum puberum, quando manent in domo paterna nec ſunt emancipati: item tutorem puberis vſque ad annum vigefimum quintum: vota irritare in iis, quæ eorum poteſtati efficiunt. Layman. l. 4. tract. 4. cap. 7. Idemque poſſe vxorem reſpectu mariti: verbi gratia ſi is voueat longiorem peregrinationem, habitare alibi, curare ſecurum licet ob caſtitalis amorem: aſſerit. Quia hæc derogant viæ ſociali, & vſui domini, quod in corpus mariti habet. Leſſi. l. 2. cap. 40. num. 81. Filliuc. tract. 26. num. 273. Item Dominos & heræ reſpectu famuli: vt ſi vouerit ieiumium, quo fieret ineptus ad obſequia præſtanda. Quæ votum non eſt caſtitalis, vel brevis orationis. Leſſi. ibi, num. 86. Idem poteſt non ſolum Pontifex reſpectu omnium fidelium, ſed & Episcopos, & Princeps reſpectu ſubditorum, quando materia voti illis præiudicat. Denique superiores reſpectu nouitiorum, in iis, quæ impediunt nouitiatu exercitamentum. Leſſi. dub. 13. numero 8.

101
Quæ vota non
ſunt ſuperiores
in iurisdictione
ut in iurisdictione.

Verum non poſſunt, superiores irritare indirecte vota de re alias præcepta: verbi gratia non furandi. Quia nemini præiudicant. Neque vota implenda tunc quando eorum materia non erit amplius ſubiecta: verbi gratia vota ſeu implenda, cum erit liber, & coniugis, cum alter obierit. Vota denique indirecte tantum irritata reuiſcere aſſerit, ac obligare, quando alteri deſinunt præiudicium offerre. Quia ſolius præiudicij huiusce iure irritata fuere. Bonac. d. 4. de voto, queſt. 2. punct. 7. Laym. l. 4. tract. 4. cap. 7.

102
Si commutatio
voti non eſt
ſatis duplicem
ratio regu-
lam.

Iam verò quoniam modo vota per commutationem valeant tolli, explicarim, Commutatio eſt ſubſtitutio alterius operis honeſti loco illius, quod voto erat promiſſum ſub eadem obligatione. Vt autem licet commutatio fiat duplicem regulam obſerua. Primam: Ad commutationem voti requiritur Eccleſiaſtica authoritas, quando commutatio fit in paulò melius bonum; quod ſi notabiliter minus fit, miſceatur diſpenſatio. Et quando dubium eſt de boni æqualitate. Et quando fit in bonum æquale (ſcio aliquibus placere, ſufficere tunc propriam authoritatem: de quo ſect. 2.) Hæc quidem ſufficit ſine controuerſia ad commutationem in melius. Quia in meliori minus contineri, quis dubitet? Voco autem melius, quod eſt tale in ordine ad ſpiritualẽ vtilitatem vouentis, & Numini gratius. Secundam: Ad commutationem voti in æquale requiritur cauſa, licet minor, quam ad diſpenſationem. Quia diſpenſatio planè liberat à voti obligatione: commutatio verò aliud ſubrogat opus. Vnde ſi fiat in melius, nulla cauſa requiritur. Si autem in æquale, ſufficit in illud maior propenſio. Si verò dubitetur; an ſit æquale, ſufficit in implendo notabilis moleſtia. Leſſi. l. 2. cap. 40. & alij communiter.

103
Non poteſt
propterea au-
thoritate co-

Hinc hoc caſus reſoluo: Oratio quidem abſolutè eſt melior ieiumio, non tamen licet propria authoritate hoc in illam commutare. Quia hic & nunc poteſt ieiumium eſſe Deo

gratius, vt pote vtilius ad bonum ſpirituale mutari iui-
huuſce vouentis carnis tentaminibus agita-
ti. Leſſi. l. 2. cap. 40. dub. 16. Sanch. l. 4. De-
cal. cap. 56. Omnia vota perſonalia propria
authoritate poſſunt in votum Religionis com-
mutari: Quia manifeſtè melior opus. Idem in
profeſſione omnia vota realia ipſo iure ſic
commutantur. Qui habet votum Religionis,
non poteſt illud propria authoritate commu-
tare in Episcopatus perfectioris quidem ſtatus
ſuſceptionem. Quia hic non efficit hominem
perfectiorem, quam Religio, licet perfectio-
rem eſſe ſupponat. Sic reſpondit Innocentius
III. teſte Bonac. d. 4. queſt. 2. punct. 7. Leſſi.
l. 2. cap. 4. dub. 16. num. 103. Layman. l. 4.
tract. 4. cap. 6. num. 15. Palus tom. 3. tract. 17.
d. 1. punct. 16. num. 2. Diana part. 6. tract. 6.
reſol. 62.

Qui habet facultatem diſpenſandi, habet
& commutandi: non tamen e contra. Quia
commutatio eſt pars diſpenſationis, qui au-
tem poteſt maius, etiam minus poteſt. Qui
autem habet poteſtatem commutandi tantum,
non poteſt id, niſi in æquali genere. Quod
quidem moraliter, & non ſcrupuloſè æſti-
mandum eſſe monet cum Layman. l. 4. tract. 5.
cap. 8.

Si is, cuius votum mutatum eſt, malit
deinde primum implere, id quidem poteſt.
Quid id eſt melius, vel æquale Et quia in ciuſationem, ad
fauorem facta fuit commutatio illa cum tacita
conditione, ſi ei placuerit. Leſſi. l. 2. cap. 40.
num. 97. Filliuc. tract. 26. num. 289.

Si voti à ſuperiore legitime commutata ma-
teria, ſeu opus fiat impoſſibile, vel indiffe-
rens: non tenetur vouens redire ad votum
prius. Quia omnino extincta fuit obligatio: &
ſicut ante commutationem, ſi materia ipſa
voti aut impoſſibilis, aut indifferens reddere-
tur, non tenebatur votum implere: ſic in
commutatione eodem iure fruatur. Layman.
l. 4. tractat. 4. cap. 8. Bonac. d. 4. queſtion. 2.
punct. 7.

Denique quoniam modo vota per Diſpenſa-
tionem aboleantur, enuncio: Diſpenſatio eſt
obligationis voti condonatio abſoluta, nomi-
ne Dei facta. Vt valeat iſta cauſa requiritur,
qualis eſſet bonum Eccleſiæ, vel commune
Reipublicæ. Notabilis in voti obſervatione
difficultas. Imperfectio actus, vel leuitas, ac
facilitas, ex qua votum proceſſit. Suar. l. 6.
de voto, cap. 17. Filliuc. tract. 26. num. 260.
Bonac. d. 4. de voto queſt. 2. punct. 7. num. 24.
Layman. l. 4. tractat. 4. cap. 8. num. 5. Sanch.
l. 4. ſum. cap. 45.

Hæc verò ex communi doctrina communia
dogmata tradiderim. Cum cauſa non ſufficit
ad integram diſpenſationem, votum partim
diſpenſari, partim commutari poteſt. Quia
illa inſufficiens cauſa ad totalem diſpenſatio-
nem, eſt ſufficiens ad partem dum commuta-
tio ſupplet quod illa non potuit. Bonac. d. 4.
de voto, queſt. 1. punct. 7. num. 24.

Poteſtas etiam delegata diſpenſandi in
votis, extenditur etiam ad vota iurata, & iu-
ramenta pia Deo ſoli facta. Quia licet iura-
mento confirmata ſint vota, ſub eadem ſpe-
cie voti continentur. Suar. l. 6. de voto, cap. 17.
Sanch. l. 8. de matr. d. 3.

Antè voti acceptionem, verbi gratia ſi
quis

*Ante voti
acceptationem
potest dispen-
sari, aut com-
mutari.*

quis voueat, se calicem Templo donaturum: vel dotem virgini inopi: potest votum dispensari, aut commutari. Quia ante acceptationem Ecclesiæ, aut virginis, in cuius obsequium, & subsidium factum est votum, non censetur eis ius acquisitum, ideoque sine eorum iniuria potest fieri dispensatio, aut commutatio. Bulemb. l. 3. tract. 2. cap. 3. dub. 8.

*111
Potestas dis-
pensandi ad
quos conue-
nit, & ad
quos minime.*

Potestas dispensandi conuenit omnibus Prælati, qui habent iurisdictionem in foro externo, vel privilegium. Indè dispensare possunt, Pontifex summus respectu omnium fidelium in omnibus votis. Episcopus respectu suorum subditorum: non autem Parochus: quia tantum habet fori interni iurisdictionem. Prælati Regulares exempti respectu suorum Religioso-

rum, & Nouitiorum: idque circa vota, quæ vel in sæculo, vel etiam nouiciatu emiserunt. Non autem Prælati non exempti, neque Abbates: Porro ex privilegio Papæ Confessarij Ordinum Mendicantium secundum concessio- nem, ac moderationem suorum superiorum. Suar. l. 6. de voto, cap. 12. Lessi. l. 2. cap. 40. numer. 107. & 108. Sanch. l. 9. de marr. d. 22. & alij communiter.

Prælati omnes inferiores Papæ possunt dispensare in omnibus votis, exceptis quinque Pontifici summo reſeruat, nempe voto casti- tatis perpetuæ Religionis approbatæ, Peregrina- tionis ad Apostolorum limina, ad D. Iacobum, Compostellam, & ultra marina, siue in Terram Sanctam. Omnes communiter.

*112
Potestas
ta Pontifici.*

SECTIO SECVNDA.

De Præcepto Secundo Problemata.

DE IVRAMENTO.

CAPVT XVI.

*Circa modos ac formulas Iuramentum
constituentes.*

PROBL. I.

*Verbum Iuro, non exprimendo per quid
iuretur: inducit, & non inducit ve-
re Iuramentum.*

*113
Certum præ-
mitte.*



ERTVM est, ad iuramentum non exigi uti verbo: Iuro: sed eo tacito, verum induci iuramentum, vsurpatis verbis id significantibus: verbi gratia si quis dicat: Per Deum, Per D. Petrum. Quia re ipsa hisce verbis diuinum testimonium inuocatur, in quo ratio iuramenti consistit. Abbas ad c. Et si Christus, num. 3. de iureiur. Syluest. v. Iuramentum 1. num. 1. Suar. tom. 2. de Relig. l. 1. cap. 2. num. 2. Sayr. in Clau. l. 5. cap. 1. num. 7. Queritur verò, an si verbum Iuro, absolute proferatur, non exprimendo, per quid iuretur, verum iuramentum inducat?

*114
Iuramentum
est verbum
Iuro.*

Inducit verum iuramentum. Quia ex propria significatione denotat, eum qui profert, Deum in testem adducere. Sic nonnulli Neoterici, quibus fauet Suar. l. 1. cap. 13. num. 4. dicunt: ex se esse iuramentum.

*115
Non est at-
to vsu homi-
num iura-
mentum.*

Attento communi hominum vsu, verbum hoc vsus est maxime spectandus & consuetudinis patriæ ratio, an scilicet hoc verbum pro iuramento vsurpetur: At ex hominum vsu pro iuramento non vsurpatur: Ergo jura Sanch. l. 3.

Decal. cap. 2. num. 4. & Suar. citat. Nam postquam dixit, verbum Iuro ex se iuramentum esse, addidit: At vsu attento, colligendum est ex adiunctis. Contestantur qui affirmant, iuxta omnes iurandi formulas habendam consuetudinis patriæ rationem. Valent. 2. d. 6. quest. 7. punct. 2. & alij.

Certe attento communi hominum vsu, qui quoties iusiurandum petunt, vel id præstant, solent exprimere, per quid iuretur: longè probabilius reor, iuramentum non esse, nisi animus iurandi constaret. At esset iuramentum, si ex adiunctis res sacra intelligeretur: verbi gratia si iuramentum exigens dicat: Iuras per Evangelia? & alter responderet: Iuro. Vel quando quis diceret, ut solet in petitionibus aliquibus Iudici præsentandis dici: Iuro in forma iuris. Quia sensus est, Iuro eo pacto, quo iusiurandum præscribit.

*116
Hoc longe
verum, id
est certum
existimo.*

PROBL. II.

*Ad verum iuramentum opus est, & non
est opus, rem in testem adductam esse
in se sacram: sed satis est, & satis non
est, sacram esse in iurantis existi-
matione.*

Opus non est esse in se sacram, sed sufficit à iurante talem existimari. Quia Ethnici non est opus iurantes per suos deos, verè iurant, & tenentur sub Periurij reatu, rem eo iuramento promissam exequi. Volunt enim verum Deum in testem adducere, etsi materialiter errent in veri Dei existimatione. Exempli gratia si quis existimans librum profanum esse Evangeliorum, iuraret per Evangelia in eo contenta, verè iuraret: quia animos fuit per Evangelia iurare, & error est materialis. Sic Syluest. verb. Iuramen

*Ver-
um*

*Non
ver-
um*

Secl. II. De Precepto II. Problemata. 121

Iuramentum 4. q. 4. Couar. de pallis p. 1. §. 1. n. 10. Arag. 2. 2. q. 89. art. 1. Seraphin. de prinil. iuram. prin. 3. o. n. 3. 1. Azor. 10. 1. l. 1. c. 2. q. 1. 1. Petr. de Ledesm. 10. 2. sum. 1. 1. c. 1. dub. 1. ad 1. Philiare. de offic. sacerdot. 1. p. 2. l. 3. c. 1. 3.

118
Opus est.

Opus est, rem esse in se sacram, nec satis est sacram esse in iuramentis existimatione: unde iurantes per Falsos Deos Ethnici non obligantur ex iuramento illo, quod minimè est verum; sed ex conscientia erronea: quatenus illi putant se iurare per verum Deum, Quia cum verè in eo iuramento Deus in testem non adducatur, nec est verè iuramentum, nec eius obligatio ad Religionem verè pertinet, ut potè quod in Dei contumeliam credit, & est idololatriæ actus. Ergo ex se nullam vim obligandi habet, sed ex sola conscientia erronea. Igitur satis non est ad verum iuramentum rem esse sacram in sola iurantis existimatione. Ita Sotus l. 8. de iust. q. 1. a. 3. Sayr. in clau. l. 5. c. 3. n. 21. Suar. 10. 2. de Relig. l. 2. de iuram. n. 6. Molin. tom. 3. de iust. p. 1. d. 579. n. 13. Lessi. l. 2. de iust. c. 4. dub. 1. n. 5. Sanch. l. 3. sum. c. 2. n. 1.

119
Hic longè
probabilius.

Hoc longè verius esse putarim. Nam contraria partis fundamentum corrumpere quis non videat? Quia etsi ratio motiva ad iurandum fuerit diuinitas in idolis existimata: verè tamen non est adductus Deus verus in testem, nec est ei cultus exhibitus, sed diis fictis, ac proinde detecto errore non pertinet ad verum Dei cultum iuramentum seruare. Quare optimè addit Suarius n. 7. infidelem conuersum ad fidem non teneri eo iuramento, sed sola humana promissione. Quia tota obligationis ratio erat conscientia erronea, qua illos veros esse Deos existimabat: Ergo cessante errore cessat obligatio, quasi destructo eius fundamento.

PROBL. III.

Tenetur quis, & non tenetur vero iuramento, quando profert verba, quæ re vera iuramenta non sunt. v. gr. Verè faciam hoc: at intendit iurare per illa credens esse iuramentum.

120
Verè iuramē-
tum tenetur.

Vero iuramento tenetur. Quia cum verba illa sint apta ad iurandum, quatenus in ea veritate humana relucet Deus, & existimet ea proferens se iurare, ac consequenter id intendat: & modo licito: censetur Deum in testem adducere, ut in ea relucet. Ergo ex vi veri iuramenti tenetur. Item quia ad ligandum se vera iurandi obligatione, nulla verba desiderantur, sed sola iurandi intentio, quæ hic adest. Sic Caiet. 2. 2. q. 89. a. 1. Sa. v. Iuramentum, n. 1. Azor. tom. 1. l. 11. c. 3. qu. 1.

121
Non tenetur
vero iura-
mento.

Non tenetur vero iuramento. Quia quando habet intentionem iurandi per ea verba verè faciam hoc, vel in fide mea, putans ex conscientia erronea satis esse ad iurandum, interponere fidem suam per se spectatam, & sine vllò ad Deum respectu, & tunc non minus obligari, quam si per Deum iuraret: hoc non est iuramentum, sed putatur tale: & ideo ablata conscientia erronea, non manet obligatus. Nam etsi iurare in suo vero conceptu claudat habitudinem ad Deum, at in apprehensione illa Eschob. & Mend. Theol. Moral. Tom. IV.

lius errantis non claudit, & ideo cum verè non invocetur Deus in testem, iuramentum non est. Ita Suar. lib. 1. de iurament. cap. 13. sum. 1.

Fateor, Suarii veram esse rationem, sed adhuc non manet exhausta difficultas, quando proferens ea verba, errat credens esse iuramentum; at nec expresse excludit, nec includit expresse relationem ad Deum, eo quod hanc theologiam ignoret, an tunc obligetur ex iuramento, ita ut sublato errore, maneat adhuc ligatus. Crediderim igitur obligatum manere. Quia in illa iurandi intentione, non addito aliquo excludente necessaria ad iuramentum, clauditur virtute relatio necessaria ad illud, & verba sunt impertinentia in ordine ad obligationem coram Deo. Quando autem proferens verba nec existimauit ea non esse iuramentum, nec etiam contrarium, sed nullum formauit illorum conceptum: censendus est velle ea proferre in sensu communi. Et tunc verum cenleo, quod Suarius concludit, hand reputanda tunc ea verba iuramentum. Mecum Santius lib. 3. sum. c. 2. n. 7.

122

*rimam sen-
tentiam pra-
fero, & alio
in sensu re-
am emisso
cenleo scun-
dam.*

PROBL. IV.

Hoc verbum, sicut credo in Deum: vulgò Como creo en Dios est, & non est iuramentum.

Iuramentum non est. Quia si rigorem verbi attendamus, sensus hic est: sicut est verum, me credere in Deum, ita est verum hoc. At me credere in Deum, non est mihi certum certitudine Fidei. Sic Vega lib. 9. in Trident. cap. 37.

123

Non est iuramentum.

Est iuramentum. Quia mihi certum est veritate Fidei, me Fidem habere: & ita hæc Fidei certitudo in testem adducitur. Ita Sanchez l. 3. sum. cap. 2. n. 15. Caiet. fauer 1. 1. qu. 112. a. 5. ad 2. ibi Medina, & Sotus appol. in Cather. c. 5. asserentes veritate Fidei constare nobis nos Fidem habere.

124

Est iuramentum.

Hanc partem veriozem putarim. Quia ex vltus accommodatione verbum hoc ut iuramentum viurpatur. Unde ex hoc vltu videtur Fides in Deum adducta in testem: sicut quando per Fidem Dei iuratur.

125

*Hanc partem
puto verio-
rem.*

PROBL. V.

Verba hæc, Non credo in Deum, vel Abnego Deum, vel Non est potestas in Deo, si hoc non est ita: sunt, & non sunt iuramenta.

Iuramenta sunt, & quidem blasphemia. Quia sub his formulis Deus in testem adducitur. Sic Sotus l. 8. de iust. q. 1. a. 1. Arag. 2. 2. q. 89. a. 1. in dub. quod excitat circa 1. concl. Mann. to. 1. sum. c. 197. n. 1. Lessi. l. 2. c. 12. dub. 1. n. 4.

126

*Iuramenta
sunt.*

Blasphemia verba sunt, sed non iuramenta. Quia Deus sub hisce formulis non allegatur in testem, sed potius eius nomen blasphematur.

127

Non sunt iuramenta.

L

blasphe-

blasphematur. Ita Couar. de pactis, part. 1. §. 7. num. 9. Rojas de haret. part. 2. assert. 12. num. 17. 3. Azuc. 1. 8. recopilat. tit. 4. l. 1. num. 14. Sanch. l. 3. cap. 2. num. 17.

128
Hanc eligo
sententiam

Verba illa perpendens, non video, unde Deus in testem exponatur. Quare iuramenta non esse crediderim. Illa autem verba: *Displacet Deo, Tedeat Deum*, quae similia esse Lesfius affirmat iis, de quibus questio nostra: si per modum execrationis dicantur, ut sensus sit, hoc malum Deo accidat, nempe ut in ipso tedium & displicentia reperitur, si hoc non est ita iuramenta execratoria esse reor blasphemata quidem: Sicut illud, *Per vitam Dei*: Quia eundem sensum efficiunt.

PROBL. VI.

Verba haec, Coram Deo ita est, vel Deus scit, ita esse, vel Deus ita esse videt: sunt: & non sunt iuramenta. Sed sunt & non sunt aequiuoca.

129
Iuramenta
sunt.

Iuramenta sunt: Quia hunc referunt sensum: Deum testor vel testem, Deum adduco ad huius veritatis confirmationem. At cum Deus in testem adducitur, iuramentum est: Ergo. Sic D. August. *Epist. 89. ad Hilar. & serm. 28. de verb. Apost.* & refertur cap. si peccatum 22. *quest. 1. D. Thom. 2. 2. quest. 89. art. 1. ad 3. Azor. tom. 1. l. 1. cap. 3. quest. 1. Idem ait Nauar. de his verbis: Scit Deus, cap. 12. sum. num. 2. quamvis ea verba, Coram Deo esse aequiuoca fateatur: alia minimè.*

130
Non sunt iuramenta.

Non sunt iuramenta. Quia sunt verba aequiuoca, quae possunt intelligi innucentiè, id est innuocando Deum ad confirmandum id, quod dicitur, & tunc rationem iuramenti habent. Aut ennucentiè, quando scilicet per modum simplicis ennucentiæ dicuntur: & tunc non sunt iuramentum. Quia hoc non est innuocare Deum in testem sed narrare Deum id scire, & videre. Verum ex communi usu accipiendi huiusmodi formulas semper ennucentiè proferri existimantur: unde absolute iuramenta non sunt. Ita Sotus l. 8. de iust. quest. 1. art. 1. Suar. l. 1. de iuram. cap. 13. num. 7. & 8. Lessi. l. 2. cap. 42. dub. 2. num. 8. Valent. 2. 2. d. 6. quest. 7. punct. 2. Sa. verb. iuramentum. num. 1. Sanch. l. 3. cap. 2. n. 20. & alij apud ipsum.

131
Verius hoc
credo.

Verius hoc crediderim addens, quando non constat de proferentis hanc verba animo sed de eo est dubium: tunc in viris iurare reculantibus, & bonae conscientiae, censeri animum esse non iurandi, sed ennucentiè dicendi. Quia ita assolent hi huiusmodi verba usurpare. At in hominibus iurare solitis, censuerim in dubio iuramenta. Quia magis naturae iuramenti accedunt, & in eo sensu communiter ab his assolent usurpari. In iudicio autem, & in iis, quae in damnum tertij vergunt iuxta communem audientium intelligentiam accipienda esse non dubito.

PROBL. VII.

Verbum hoc, Testis est mihi Deus: est & non est iuramentum.

Iuramentum quidem est. Quia hoc nil aliud est, quam Deum in testem innuocare, in quo ratio iuramenti consistit. Sic D. Tho. 2. 2. est. q. 89. a. 1. ad 3. Sotus l. 8. de iust. quest. 1. a. 1. Arag. 2. 2. q. 89. a. 1. Manu. 10. 1. sum. cap. 191. n. 2. Syluest. v. iuramentum, l. q. 1. & 5.

Iuramentum non est, sed verbum aequiuocum sicut illa: *Coram Deo, & scit Deus*. Quia possunt innucentiè proferri, & sic erunt iuramentum. Possunt etiam ennucentiè, & per modum simplicis assertionis, quasi dicatur: Huius rei spectator & testis est ipse Deus: & tunc non erunt iuramentum. Ita Azor. tom. 1. l. 1. cap. 3. quest. 1.

Existimo verbum illud, *Testis est mihi Deus* maiorem effigiem iuramenti habere, quam *Scit Deus, & Coram Deo*, & ideo in dubio iurandum in eo contineri. Unde ex communi usu docet esse iuramentum Suar. l. 1. cap. 13. numer. 7. Et inter iuramenta ponunt Sayt. in Clavi, l. 5. cap. 2. numer. 3. Lessi. l. 2. cap. 42. dub. 2. numer. 8. & Sanch. l. 3. cap. 2. numer. 11. Porro haec verba, *Testis sit Deus, Deum testor, Testificor, Testem aduoco, adhibeo*, non pati nisi sensum innucentiæ reor. Et ideo merito Azorius ibid. inter certas iurandi formas haec verba enumerat.

PROBL. VIII.

Verba haec: Vivit Deus, vel Deus est veritas: inter iuramenta sunt, & non sunt annumeranda.

Vivit Deus, vel Deus est veritas, quod hoc vita est, iuramenta non sunt, sed aequiuoca verba. Quia per se Deum in testem non adducunt, sed iuxta proferentis intentionem possunt offerri. Sic Petr. de Ledes. tom. 2. sum. tr. 1. cap. 1. dub. 1.

Sunt planè iuramenta. Quia veritas Dei, & eius vita aperte in testimonium adducuntur: & sic manifesta sunt iuramenta. Ita Syluest. verb. iuramentum 1. quest. 1. Sotus de iurament. abusu, cap. 4. & l. 8. de iust. quest. 1. art. 1. Azor. tom. 1. l. 1. cap. 3. quest. 2. Suar. l. 1. de iuram. cap. 13. num. 6. Sanchez l. 3. cap. 2. num. 22.

Certè non video in vno, aut altero verbo eam aequiuocationem: sed aperte Dei veritatem, vel vitam in testimonium his verbis adduci. Scio tamen, Suarium ubi sup. num. 8. verbum illud, *Deus est veritas* inter ambigua seu aequiuoca collocasse: quod primam sententiam satis reddit quo ad hanc particulam *Deus est veritas*, satis probabilem.

PROBL.

Seet. II. De Precepto II. Problemata. 123

PROBL. IX.

Haec particula Per meam animam, vel In mea anima, iuramenta esse, & iuramenta non esse, reputantur.

138 *Non est autem iuramentum.*
Inter iuramenta non reputantur. Quia equivo-
ca sunt & possunt ita profertur, ut Deus
in testimonium minimè adducatur. Sic Iaco-
bus Buttrican. & Salycetus, quos refert, ac se-
quitur Gutier. auct. Sacramenta puerorum, m.
148. cap. si aduersus vendit. Gregor. Lopez l. 16.
v. o te ficiere, in fine tit. 1. 1. part. 1.

139 *Iuramentum non dicitur.*
Reputantur inter iuramenta. Quia cum in
anima rationali specialissime splendeat Deus
tanquam in sua imagine, censetur Deus in ip-
sa splendescens in testem adduci. Ita Syluest.
verb. iuramentum 1. quest. 5. Sotus l. 8. de inst. q.
1. art. 1. Azor. tom. 1. l. 1. cap. 3. quest. 1. Pedraza
sum. prec. 2. §. 1. Petr. de Ledes. tom. 2. sum. tract.
1. cap. 1. dub. 1. ad 4. Sanch. l. 3. sum. cap. 2. num.
29. Suar. l. 1. de iurament. cap. 1. num. 22. Aut est
iuramentum execratorium, ut aliter Lessi.
l. 2. cap. 42. dub. 2. num. 8.

140 *Auctoritas re-
finitur. Vbi de
iuramentis
trahitur for-
ma.*
Abolute hoc probabilius puto. Sed tamen
posse haec verba ita profertur crediderim, ut iu-
ramenta non sint, verbi gratia quando sensus
est, Hoc quod dico est in anima mea, vel tua:
Hoc per animam seu mentem meam, vel
tuam, iudico esse. Tunc enim nihil adducitur
in testimonium. Profecto similiter dixerim es-
se iuramentum, Fuit anima mea, vel tua.
Quia Deus in animam vitam tanquam in re no-
bilissima splendens in testem adducitur. Ut Syl-
uest. citat. docet, quem Azor. sequitur. Et illa
verba, in periculo anima mea, & illa: super ani-
mam meam, ut monet Innocent. cap. 1. §. 1. h. 1.
§. 1. num. 3. e iurament. & ibi Bald. numero 7.
Quia videtur vtriusque modi sensus execra-
torius; quasi dicat: Id dominum patiat anima
mea, si non ita non est. Aut in alio sensu neu-
ter dicendus modus continet iuramentum:
scilicet, quando sensus non est execratorius,
nec adducimus haec verba in testimonium ali-
cuius veritatis, sed quando ad reddendum
aliquem tutum circa opinionem aliquam am-
plectendam, solemus sic dicere: Id in periculo
animae meae, vel super animam meam potes fa-
cere, vulgo. To lo como sobre mi conciencia, es so-
bre mi conciencia haec est.

PROBL. X.

*Est, & non est iuramentum haec formula:
In mea conscientia, vel Per meam
conscientiam.*

141 *Est iuramen-
tum.*
Iuramentum est verbum vtrumque. Quia
in vtraque Deus in testem adducitur, iux-
ta communem loquendi morem. Sic Syluest.
v. iuramentum 1. quest. 5. Arag. 2. 2. q. 89. a. 1.
Azor. to. 1. l. 1. c. 3. q. 1. Alij docent, In mea
conscientia non esse iuramentum, secus Per
meam conscientiam. Quia in priori dicendi for-
ma Esob. & Mend. Theol. Moral. Tom. IV.

mula nil videtur in testem adduci secus in po-
steriori. Sotus l. 8. de inst. q. 1. a. 1. Est iura-
mentum Per meam conscientiam testatur Na-
var. sum. c. 12. n. 5. latine n. 6. Et de eo verbo, In
mea conscientia tenet iuramentum esse. Pedra-
za. sum. prec. 2. §. 1.

142 *Iuramentum non est.*
Nedra dicendi formula est iuramentum.
Quia inter vtrumque dicendi modum nihil di-
stat: & horum verborum est sensus, Hoc est,
quod sentio in mea conscientia: vel Hoc dicat
michi mea conscientia. Ita Sotus de iuram. abu-
sus. c. 4. Petr. de Ledes. to. 2. sum. r. 1. c. 1. dub. 1.
Suar. l. 1. de iuramen. c. 13. n. 22. Sanch. l. 3. sum.
c. 2. num. 30. Sayr. in Clavi. l. 5. c. 1. n. 13. Lessi.
l. 2. c. 41. dub. 1. n. 4.

143 *Hoc fere cer-
tum puto.*
Hoc fere certum puto, nisi quis verbum
Conscientia pro ipsa anima usurpet; quod fe-
re nunquam accidit. Addit Sotus, esse iura-
mentum si dicatur, Iuro per meam conscientiam,
sed aptius Petr. de Ledes. id negat. Quia ra-
tione additi non continentis formam iura-
menti distrahitur id verbum Iuro à propria si-
gnificatione. Nec similiter esse iuramentum
putarim, Testis est michi conscientia mea. Quia
solam simplicem dictaminis propriae conscien-
tiae enunciationem significat: ac si diceretur.
Hoc michi conscientia mea dicat. Vnde mi-
nus bene iuramentum esse Sylvestram asser-
uisse crediderim.

PROBL. XI.

*Iuramentum est, & non est haec formula
vulgaris: Iuro a mi, o pormi.*

144 *Iuramentum.*
Est iuramentum. Quia homo creatura est
nobilissima, in qua specialiter Deus elu-
cet: & hac dicendi formula Deus in testem ad-
ducitur. Sic Sotus de iuram. abusus. c. 4. Alcozer.
sum. cap. 15. in prima. doct.

145 *Non est iura-
mentum.*
Iuramentum non est. Quia sensus est hic:
Iuro a quoniam soi, id est, Amicalidad, obondad
Ita Sanch. l. 1. sum. c. 2. num. 31. Suar. l. 1. de iuram.
cap. 13. num. 3.

146 *Hoc michi ob-
stet.*
Veriorem proculdubio esse hanc partem exi-
stimo: nisi quis contra communem dicendi
morem intēdisset in homine ipso in quo Deus
specialissime resplendet, cum in testem ad-
uocare.

PROBL. XII.

*Iuramentum est, & non est si ei interpo-
sitis illa: In fide mea. Per fidem meam
Regiam, viti boni, aut nobilis: vul-
go A fede quoniam soi, En buena fe. En
buena fe iurada.*

147 *Est iuramen-
tum.*
Iuramentum est. Quia in communi homi-
num dicendi more in hisce verbis diuina
insonat Fides, quam in testificationem profe-
rens ea adducit. Gail in suis obseruat. l. 2. obseru.
59. numer. 1. Surdus decis. 234. a. numer. 1. p.
1. & alij, quos refert Sanch. l. 7. de matr. d.
79. num. 18.

L 2 Non

148
Iuramentum
non est.

Non est iuramentum. Quia horum verborum sensus est, *Per meam fidelitatem*, seu *veritatem*, seu *ita faciam*, vel *ita est*, ut sum fidelis in promissis, aut in dicendo verax: aut sicut decet Regem, nobilem, virum bonum esse fidelem, ac veracem. Quia Cerimonum humanorum veritas fidelitati innititur, non virtuti Theologicae Fidei. Ita Caiet. 2. 2. q. 89. a. 6. Navar. *sum. cap. 1. 2. num. 2.* & 5. *Covar. de pa. dist. p. 8. 1. num. 1. vers. 9.* Less. 1. 2. cap. 42. dub. 1. n. 4. Sanch. 1. 3. *Decal. c. 2. n. 3.* Arag. 2. 2. q. 85. a. 1. Valent. 2. 2. d. 6. q. 7. *pun. 2.* Suar. 1. 1. de *Iuram. cap. 1. 3. n. 10.*

149
Idem sensus,
plura conse-
quenter a. ii.
cio.

Iuramenta non esse iudicaria, si peculiariis dicendi excludatur intentio, quia per ea verba Fidem divinam intelligeret. Similiter non esse iuramentum reor, *In bona fide*, licet addatur, *Iuro per bonam fidem*, vel *En buona fe Iurada*. Quia idem est sensus. Nisi praefatis verbis utens intendat, aut existimet, se iurare. Et nisi in more positum sit apud eos homines, quibus cum hac usurpans habitat, ut ea verba accipiantur tanquam modi loquendi iuris iurandi vim habentes. Et nisi adducantur haec in testimonium, tanquam res, in quibus Deus ut omnis veritatis author elucet. Profecto ubi res est dubia, an intenderit haec verba proferens, per ea iurare: censendum, non esse iuramentum. Quia ex se iuramenta non sunt. Si quis autem dicat, *In fide Christiani*, vel *boni Christiani*, non esse iuramentum existimo. Quia id non intelligitur de Fide divina, quam Christianus proficitur: sed de fide humana, quae probo Christiano debet attribui: Nec iuramentum esse reor hoc verbum: *In fide Religiosi*, vel *per fidem Religiosi*, vel *per fidem Sacerdotis*. Quia ubi non constat de peculiari alia intentione, verba haec de fidelitate & veracitate à bono Religioso aut sacerdote proficendis accipienda sunt. At *In verbo Sacerdotis* est iuramentum. Quia sic vltus accepit: quamvis in rigore haec verba iuramentum haud sonare censuerim.

PROBL. XIII.

Iuramentum est, & non est haec formula.
Per meam vitam. Sic Deus me adiuvet. Vbi de reliquis iurandi formulis, haud, problematice, iudicium fero.

150
Non est iura-
mentum.

Iuramentum non est. Quia in verbo *Per meam vitam*, non intelligitur animus, nec esse hominis, in quibus specialissime Creator effulget: sed vegetativae vivendi inferior ratio: Cum autem dicimus, *Sic Deus me adiuvet*, particula *Me* pro eadem inferiori victitandi ratione accipitur. Sic quidam, quos tacito nomine memorat Manuel Sa v. *Iuramentum*, n. 1. addens pendere hoc ex dicentis intentione.

151
Iuramentum
est.

Est vnum & alterum ex verborum vi iuramentum. Quia *Per vitam meam*, Deum planè in testem adducit: sicut *Per Deum*. At sic Deus me adiuvet, execratio est, qua quod asseritur, confirmatur. Ita Sanch. 1. 3. cap. 2. num. 36. & alij communiter.

152
Hanc praefero
verum.

Crediderim, ex vi verborum in dubio esse iudicanda iuramenta: nisi haec dicens expresse

intenderet contrarium alium sensum concipere. Posset enim esse sensus non execratorius, & sic iuramentum non esset. Verbi gratia cum quispiam ait, se pauperem, aut infelicem, & alius responderet, ad asserendum contrarium suum sensum, *Faxit Deus ita dines esset, felix, vel ita rebus meis eveniret*. Quia tunc solum voluntatis appetitum significat, nec contrariam aliquam includit executionem.

Vt autem vulgaribus medear scrupulis alijs iurandi formulas percurrere operae pretium duxi, iam quidem sine pugna. Aequè ergo iuramentum est, dicere, *In Deo ita est*, aut *Per Deum* est ita. *In Evangelio*, & *Per Evangelia*: Est iuramentum & sic de singulis iurandi formulis. Quia nihil Per Deum inter utrumque loquendi modum distat. Nil est ita. autem refert ad iuramenti rationem siue res in testem adducta inuocetur per propositionem *In*, siue per propositionem *Per*. Unde si inuocata per vnam iuramentum est aut non est: erit, vel non erit per alteram inuocata. Quia idem utriusque orationis est sensus *In Deo hoc affirmo*, siue per *Deum*. Syluest. verb. *Iuramentum* 1. quest. Arag. 2. 2. quest. 89. art. 1. Petr. Ledes. tom. 3. *sum. tract. 1. 1. cap. 1. dub. 1.* Valent. 2. 2. d. 6. quest. 7. *punct. 1.* Suar. 1. 1. de *iuram. cap. 1. 3. num. 14.* Azor. tom. 1. d. 11 cap. 3. quest. 1.

Est iuramentum, dicere. *Per Dios*. Quia idem est sensus ac dicere, *Per Deum*. Continuit tamen, quandoque proferre, *Per Deum*, non adducendo Deum in testem; sed est quidam ostendendi tædij modus, & tunc est iuramentum: verbi gratia *Por Dios, que si, Por Dios, que esto es cosa recia*. *Por Dios, que no se puede sufrir*. Angel. verb. *Per iurum in fine principij*. Syluest. lib. 1. quest. 1. Sanchez lib. 3. capite 2. numero 13.

Haec verba, *Voto Deo*, vulgò *Voto à Dios* quamvis in se iuramentum non sit, sed votum significent: ut eas accommodatione accipiat Deo, vulgò tur ut iuramentum, & est quidem. Idem dicitur à rim de his: *Promitto tibi Deo*, vulgò, *Toos prometo à Dios*. Quia eundem sensum habent, ac illa, *Voueo Deo*: nec promissio aliqua dirigitur in Deum, sed in hominem, & Deus adducitur in testem, quamvis improprie. Sotus 1. 8. de *inst. q. 1. a. 1.* Alcozer *sum. c. 15.* Suar. 1. 1. de *iuram. cap. 1. 3. num. 2.*

Iuramentum est, quoties aliqua Fidei veritas adducitur in testimonium, comparando illi nostram veritatem ut, *Sicut Deus est veritas, vulgò Como Dios es verdad, hoc ita est*. Quia veritas divina inuocatur in testem. At quando non ponitur particula aliqua comparationem vnius veritatis cum alia denotans, iuramentum non continet, sed simplicem enumerationem: verbi gratia cum quis ait: *Hoc quod dico est Evangelium*. Sanch. 1. 3. cap. 2. num. 19. & alij.

Iuramentum haec est propositio, *Per mortem, quam Deo debeo*, vulgò *Por la muerte que, debo à Dios*. Quia consuetudo ut tale usurpat. Et quia sensus est, sicut debeo mori, quæ est veritas divina. Sanch. 1. 1. *sum. cap. 2. num. 19.*

Et haec verba, *Per vitam Dei*, vel *Sanctorum*, per quævis Dei ac Sanctorum membra, *Per vestes, Reliquias, Tempia Sanctorum*. *Per calum*. Quia illis specialiter Deus honoratur, & ita est iurare per Deum in illis elucens. Eadem

157

Et illud

Per vitam

Dei vel

Sanctorum

Per vitam

Eadem

Secl. II. De Præcepto II. Problemata. 125

celi. Per Eadem ratione est iuramentum, *Per vitam cali-*
hic habitū. Quia licet cœli vita careat, at iurantes no-
Per sacras mine vitæ intelligant esse cœlum. Et *Per ha-*
vestes. Per *bitum D. Petri*, *D. Francisci*, &c. Quia sunt
Ordines. res sacre, in quibus Deus honoratur. Sotus
1.8. de iust. q. 1. a. 1. Sayr. in *Clavi* l. 5. c. 1. Atque
idem credo, etsi eorum sanctorum mentio
non fieret: sed Clericus, aut Religiosus dice-
ret: *Per hunc habitum*. *Per vestes sacras*, qui-
bus celebratur. Quia hæc omnia sacra sunt, in
quæ tantum rem sacram repræsentant similiter
erit iuramentum *Per ordinem sacrum*, quem
recepti. Sylvest. v. *iuramentum* 1. q. 1. Et idem exi-
stimo, *Per primam tonsuram*, aut quatuor Or-
dines minores. Quia res sacra sunt. Et ideo
Suar. l. 1. de iuram. c. 1. q. 2. 2. indistincte ait, esse
iuramentum, quando Clerici per suos Ordines iurant.

158 Iuramentum est, *Per meam*, vel *alterius vi-*
tam, aut salutem. Quia est sensus execratorius,
Et Per meam, vel Deus auferat mihi, aut illi vitam, si hoc ita non
meam, vel alterius vi- est. D. Tho. 2. 2. q. 89. a. 6. Nauar. sum. c. 12. n. 6.
tam, in Suar. l. 1. de iuram. c. 13. n. 27. Lessi. l. 1. c. 42. dub.
mea vita; 2. n. 8. Sayr. in *Clavi*, l. 5. c. 2. n. 3. Idem dixerim
in mea sa- de his: *In mea vita*, *In mea salute*. Quia idem est
lure. Num. sensus. Similiter est iuramentum, *hæc mala Deus*
quæ Deus mihi addat, vulgo *Mal me baga* Dios, si hoc ita
mihi par sit. Quia sensus est execratorius. Sylvest. v. *iura-*
ca. &c. mentum 1. q. 1. Lessi. l. 1. c. 42. dub. 2. n. 8. Idem as-
sero de omnibus aliis similibus execrationibus;
Nunquam Deus mihi parcat, *Me saluet*, *Tueatur*.
Maledictus sis *Mala obcam morte*, *Non vinam*
usque in crastinum. *Non moueat hinc* *Malum pas-*
cha mihi *Deus impetiat*. *Ardeam in infernis*,
Demon me eripiat: & alia huiusmodi. Similiter
est iuramentum, quando Deus tanquam boni
alicuius impetitor, inuocatur. *gr. Ita me Deus*
adiuuet, *seruet*, *det mihi gratiam*, *vel gloriam*, vel
aliquid aliud bonum *Ita mihi Deus benefaciat*.
Quia in hoc loquendi modo intelligitur con-
traria execratio. Deus his bonis me priuet, si
hoc ita non est. Caiet. 2. 2. q. 89. a. 1. Sylvest. v.
iuramentum, 1. q. 1. Sotus l. 8. de iust. q. 1. a. 1. Lessi.
citatur.

159 Iuramentum est, quando aliquis maledictionem
Et Deus alteri imprecatur, v. gr. *si hoc non est ita*,
non me Deus non te adiuuet, *Demon terapiat*, & ipse re-
adiuuet. pondet, *Amen*. Quia idem est, ac dicere, *Id*
malum mihi quæniat, si *gesti*: Sanch. l. 3. cap.
2. num. 37.

160 Iam verò alias iurandi formulas iuramenta
Aliis d. 2. non esse ex receptori sententia affirmo. Non
si formulas, sunt iuramentum hæc verba vulgaria, *Como*
qua non sunt *Christiano*, *O Como sei Cristiano*. Quia non
iuram. n. 6. videtur aliquid diuinum testimonium adduci:
non est iura- nullatenus enim est mihi de Fide, me esse
mentum Como baptismo dilutum. Nec verba hæc commu-
christiano, niter usurpantur ut iuramentum: nec Fides
Como Re- aliqua diuina Christiani ad confirmandam
ligioso veritatem inuocatur; sed sensus est, ut est ve-
Como Sa- ram, me esse Christianum hoc est verum. Idem
cerdote. teor de his verbis: *Sicut Christianus*, vel *Sicut*
Religiosus, *Sicut sacerdos*, *Sicut vir bonus*, ita est.
Quia tantum adducitur in testem fidelitas, ac
veritas, quam Christianus, Religiosus, sa-
cerdos, aut vir bonus tenentur profiteri.
Sanch. l. 3. c. 1. n. 16.

161 Hæc verba vulgaria, *Cuerpo de Deos con vos*
Nec illud: iuramentum non continent. Quia nihil addu-
Escob. & Men. Theol. Moral. Tom. IV.

citatur testimonium nihilque confirmatur. Cuerpo da
sed quendam iracundiam denotant impetum: Dios con
Sotus de iuram. abusu. c. 4. vos.

162 Quoties autem veritas aliqua, quæ diuina nō
sit, adducitur in testem, non erit iuramen-
tum: v. gr. *Sicut est certum, me esse hominem*, sicut est
vel *inde esse in hoc loco*, *hoc est verum*. Quia non est tum me
adducitur quid diuinum in testimonium, sed esse homi-
veritas humana. Sanch. l. 3. c. 2. n. 19. nem.

163 Necesse iuramentum quod communiter ali-
qui iuramenta vitare volentes, dicere assolent. *Nec illud*,
Per totum id, quod iurare possum. Quia id tan-
tum volunt dicere, cum per nullam rem liceat id, quod iu-
iurare, per nihil iuro. Alias posteriora verbarare pos-
essent blasphemare, cum intelligerentur, per vi- sum.
tam Deiper quem solum iurari potest. Sanch.
l. 3. c. 2. n. 24.

164 Nec sunt iuramenta, *Poro a tal*, *Iuro a Nec vulga-*
tal. *Por vida de tal*. Quia tal nihil est, atque *re illa*,
ea verba ad vitandum iuramentum per Deum *Voto a tal*,
usurpantur. At si quis Deum intelligeret no- iuro a tal.
mine tal, clara iuramenta essent. Suar. l. 1. de Por- vida
iuram. c. 13. n. 3. de tal.

165 Potro hoc verbum, *Iuro a san oy*, est
æquiuocum. Si enim intelligas de sancto, qui *Hoc vulga-*
de hodierna celebratur est iuramentum. Si au- re, iuro a
tem (ut communiter accidit) *San oy* idem *San oy*, est
sic ac hodierna dies, sicut, illud *Por el día equiuocum*,
sancto que es oy sine respectu ad Diuinum, qui
illa die colitur: non est iuramentum. San oy
l. 3. c. 2. n. 26.

166 Nec est iuramentum, modus ille, quo so-
lent uti femine dum pueros minantur. *Para Nec est iura-*
esta, appposito digito in fronte, aut naso. *Quia mentum mu-*
non intendunt facere Crucem, nec per *puerorū com-*
Crucem iurare: sed solummodò pueros ter- minatio,
ritare. Similiter iuramentum non est dice- *Para esta*
re, *Per hanc Crucem*, nulla consulto Cru- que me lo-
ce efformata. Quia tunc non iuratur per has de pa-
Crucem, sed per Crucem tunc formatam: gar.
quæ cum formata minime sit, per nil iu-
ratur. Sanchez. l. 3. capite secundo nume-
ro 27.

167 Nec iuramentum est, cum quis per Deum,
aut per propriam vitam interrogatus, an ita
se res habeat, respondet absolute, ita rem
se habere. Quia non est modus iuramenti
exigendi, sed quædam adiuratio. Et si ro-
gans diceret: *Iuras mihi per Deum*, ita
rem se habere: & interrogatus responde-
ret: *Ita res se habet*: non censetur iura-
re. Quia non conuenit interrogantis iura-
mento: sed soli eius interrogationi per sim-
plicem assertionem respondet. Si eos esset, si
responderet ita, *si* vel capite annueret.
Quia tunc perinde esset, ac dicere: *Ita iuro*:
Sanch. l. 3. cap. 2. num. 8.

168 Homagium verò vulgò *Pleito omenage*, non
est iuramentum, sed quædam promissio sim-
plex inter nobiles cum quibusdam solemnita-
tibus facta. Sayr. in *Clavi* l. 5. c. 1. n. 13. Sanch.
lib. 6. de matrim. dist. 1. n. 9. & 10.

169 Nec est iuramentum, *In veritate ita est*,
vel vulgare illud, *En realidad de ver-*
dad. & hæc verba *Certe*, *Professo*, *Sane*, *Ne illud*
Vere, *Re vera*. Quia idem est, ac si diceretur *In veritate*
Hoc ita est. Et quia affirmare aliquid nihil aliud ita est,
est, quam id verum esse asserere: sicut negare
aliquid est, id falsum esse, dicere. Hæc tempero,
L 3. VC

ut intelligitur seculosa peculiari & dicentis intentione. Si enim intenderet, aut existimaret, se iurare adducendo summam veritatem, quae est Deus in testem, manifestum esset iuramentum. *S. verum iuramentum, num. 1. Azor. tom. 1. l. 11. cap. 3. quæst. 1. Sotus de iuram. abus. cap. 4. Arag. 2. 2. quæst. 89. art. 1.*

170 Nec iuramentum est, quod communiter dici solet, ad affirmandum, quempiam nummis carere, aut nihil edisse, *Maledicti nummi, quos habeo: Maledictum quod hodie edi.* Quia maledictio non cadit in personam: sicut enim iuramentum esset; sed cadit in nummos, vel in esum. *Suar. l. 1. de iurament. capite 13. numero 28.*

171 Nec est iuramentum vulgare illud: *Tantos Angeles vengam por mi alma, quantas veces aucto hecho esto.* Quia hæc dicendi formula non habet contrariam maledictionem in se includam. Sed solus est sensus; Gauderem, ut tot vengam Angeli me reciperent: ut solet etiam dici: *Tot por mi alma, os haberem, quot te habere credo.* *Sanch. l. 3. cap. 2. num. 39.*

172 Hæc autem verba: *Melius me seruet Deus, vulgò, Mejor me guarde Dios, que esto es asi.* dupliciter possunt dictari. Primò, comparatione, nempe, quando significare volentes aliquid, quem quidpiam male facere, dicimus *Melius illi Deus seruet: & in hoc casu iuramentum non includunt.* Quia nullam claudunt execrationem. Secundò, non comparando, sed affirmando; ut si velim asserere, me aliquid non fecisse, dicam sic: *Melius mihi faciat Deus, quam ita fecerim: Me or me guarde Dios, que yo tal hice: & hoc sensu sunt iuramentum.* Quia contrariam includunt execrationem *Sanch. l. 3. cap. 2. num. 40.*

173 Nec hæc verba, *Habeat ac perfidus, aut hæreticus, aut mendax: vulgò, Ruinsea yo, sea ba.* Habeat tenudo por herege, traidor, mentiroso, si esto no vt perfidus, sunt iuramentum. Quia idem significans, vel ut ac æstima me tale, si hoc non ita est: hæreticus. & ita sensum execratorium non efficiunt. *Sanchez l. 3. cap. 3. num. 41.*

174 Tandem hæc verba, *Occidar, amputentur mihi aures: vulgò, Que me matem, & me corren las orejas, si esto no es asi,* in rigore iuramentum execratorium præ se ferunt, sicut esset iuramentum, *Diris pugionis istibus punctum confodiar, si hoc ita non est.* At ut communiter ea verba circumferuntur, iuramentum non claudunt. Quia non dicuntur ea verba, quasi id sibi malum imprecando Deum, ut tanquam Iudex vindictam sumat de dicente, si mendax existat: sed dicuntur instar cuiusdam sponsonis. *Sanchez l. 3. sum. capite 2. numero 42.*



CAPVT XVII.

Circumstantiæ & essentiam iuramenti, & ritia contraria.

PROBL. XIV.

Iuramentum Execratorium falsum est, & non est distincta speciei necessarii in Confessione aperienda.

AD hoc reliquaque huiusce Capitis Problemata recolo ex *sect. 1.* Ex parte modi iurandi diuidi Iuramentum in solemne & simplex in Iudiciale, & extrajudiciale in Tacitum, & expressum in Absolutum, & Conditionatum Iuramentum per simplicem contestationem, vel per execrationem. Certè hæc omnia iuramenta specie non differunt in ratione iuramenti, neque eorum diuersitas est necessaria in Confessione manifestanda. Quia cum essentia iuramenti sita sit in inuocatione diuini testimonij: quod inuocetur hoc, vel illo modo, materiale, & per accidens est ad iuramenti rationem. Dixi *In ratione iuramenti.* Ex alio enim capite posset habere malitiam necessariam in Confessione aperiendam: verbi gratia si iuramento fuerit adiuncta Blasphemia: vel si falsum iuramentum quis in iudicio interrogatus proferret. Nam esto illud iuramentum non cederet in tertij præiudicium: nihilominus quia ex virtute obedientiæ, vel iustitiæ legalis quis obligatus erat legitime interroganti veritatem respondere, & occultauit, insuperque occultationi iuramentum addidit duplex peccatum, vel vnum cum circumstantia specie distincta commisit nempe peccatum inobedientiæ seu iniustitiæ, & peccatum Periurij. Attamen de iuramento execratorio falso quæserim, an propter execrationem sit in eo, malitia specie distincta à iuramento, in Confessione necessariam aperienda?

Est quidem. Quia iurans falso, interposita vita propria, vel parentum suorum, (v.gr.) inuocat Deum, ut se, vel parentes vita priuet, si in assertionem fallit. At talis inuocatio est contra charitatem, vel pietatem: Ergo est malitia specie distincta, necessariam in Confessione manifestanda. Sic Neoterici quidam in manuscriptis quorundam sententiam hanc improbabilem existimo.

Non est. Quia inuocatio, aut petitio illa non est contra charitatem vel pietatem: nam falso iurans petit quod meretur ob iniuriam illatam; qui enim falso iurat, quolibet est dignus supplicio: Ergo petitio poenæ ei debita in satisfactionem iniuriæ diuinæ iustitiæ facta contra charitatem, vel pietatem esse non potest. Et quia sic falso iurans regulariter non petit ex animo illam vindictam: sed potius si rogaretur, responderet, se contrarium desiderare. Ergo non peccat contra charitatem, vel pietatem grauius, ac proinde non tenetur, hanc circumstantiam in Confessione manifestare. Ita Caiet. 2. 2. quæst. 89. art. 1. Bonac. tom. 1. d. 4. qu. 1. punct. 2. principio, Sanch. l. 3. Decal. cap. 1. num. 7. Sayr. in Clauis, l. 5. cap. 2. Petr. Ledes. tom. 3. sum. tract. 11. cap. 1. dub. 3. Navar. sum. cap. 12. num. 1. Palas tom. 3. tract. 14. d. 1. punct. 2. num. 4.

Fateor difficile esse horum Doctorum solutionem. Non enim satis percipio quomodo possit esse verum iuramentum execratorium absolute, quæ petitionis voluntaria, ac vera vindicta: cultum

Quia

Seçt. II. De Præcepto II. Problemata 127

Quia iuramentum esse non potest, quin iurans petat, quantum in se est ut Deus rei iurata sit testis: Ergo iuramentum execratorium esse non poterit, quin iurans execratorius petat, quantum in se est, Deum, ut rem iurata illo vindictæ signo testetur. Attamen respondeo, esse verum iuramentum execratorium, tamen si iurans ex animo vindictam non postulet. Quia continet totam iuramenti essentiam, quæ in invocatione Dei in testem est sita: quæ essentia non pendet, siue ex animo petatur vindicta, siue non; est enim quid diversum ad rationem iuramenti. Et licet quatenus est execratorium necessario continere debeat invocationem Dei in vindictam: quia tamen est accidentalis hæc invocatio iuramento: ideo iuramentum execratorium absolute ac propriè sic est appellandum, tamen si ex animo execratio non fiat. Vnde secundam sententiam ut longè probabiliorem amplector.

PROBL. XV.

Iuramentum de re futura faciendâ absque illius promissione, est, & non est diversum à iuramento, quod rem illam faciendam quis promitteret.

¹⁷⁹ **P**ramitto, ex parte rei iurata, communiter Doctores distinguere iuramentum duplex: aliud Assertorium, aliud Promissorium. Alij tertium addant, nempe Comminatorium. Assertorium est, quando aliquid asserto, vel nego, siue sit præsens, præteritum, vel futurum. Ut si iurè eclipsim, vel pluviam fuisse, esse, vel fore. Promissorium à promissione dicitur: quia rem promissam iuramento firmo, sed iuramentum promissorium continere assertorium, non dubito. Quia in omni iuramento promissorio, ut verum sit, debet verum habere animum promissum implendi: alias fictè promitterem, falsòque iurarem. At quia rem futuram promitto, & ad eam firmandam, iuramentum assumo: ea de causa promissorium vocatur. Sanch. l. 1. sum. c. 1. num. 4. Valent. 2. 2. d. 6. q. 7. pun. 2. Comminatorium dicitur, quando poenam alteri quis comminatur: quod quidem reducitur ad promissorium: quia est vera, & absoluta promissio de poena alteri infligenda. Circa præfatam divisionem quæsierim, an iuramentum de re futura gerenda absque illius promissione, diversum sit à iuramento, quo rem illam faciendam quis promitteret?

¹⁸⁰ Diversum quidem est. Quia cum de peccatis (verbi gratia) quis dolet, propositum, ac voluntatem habere iterum non committendi: non tamen propriè Deo promittit, ea non commissurum: aliàs obligatus esset ex voto, ab eis abstinere. Quid ergo obstat quominus hoc propositum iuramento firmet? Illud ergo iuramentum adhærebit proposito, non promissioni; secus esset, si facta promissione, illam iuramento firmaret; tunc enim promissioni iuramentum adhæreret. Posito autem, iuramentum posse hoc diverso modo fieri: videtur vnum ab alio differre. Quia adhærens promissioni, promissionem involvit: promissio autem à proposito omnino est diversa. Ergo vnum

iuramentum ab alio est omnino distinctum. Sic Valent. 2. 2. d. 6. q. 7. pun. 2.

Minimè est in ratione iuramenti diversum. Quia siue res sub rigorosa promissione oblata sit, siue solùm sub simplici proposito: iuramentum in ratione iuramenti æquè super illam cadit, & æquè iurantem adstringit ad illius executionem, nè falso Deus adducatur in testem. Ita Suar. l. 1. de iuram. cap. 9. num. 7. Pala. tom. 3. tr. 1. 4. d. 1. sum. 2. num. 6.

Cum his opinor, in ratione iuramenti non differre, ob expressum fundamentum. In ratione inquam iuramenti. Nam ex ratione promissionis, clara est differentia: si iuramentum de re futura absque illius vera promissione esse potest.

PROBL. XVI.

In ratione iuramenti, iuramentum purè assertorium differt essentialiter, & non differt à iuramento Promissorio.

¹⁸¹ **N**on differt. Quia essentia iuramenti, quæ tale est, in invocatione divini testimonij consistit. Quod autem divinum testimonium invocetur, ad firmandam rei præsentis, aut futuræ veritatem, per accidens esse videtur: Ergo iuramentum promissorium à purè assertorio specie non distinguitur. Sic Caiet. 2. 2. quæst. 89. art. 1. Couar. in c. Quamvis pactum, de pactis. num. 3. Valent. 2. 2. d. 6. quæst. 7. pun. 2. Suar. l. 1. de iuram. cap. 9. numer. 1. asserens, esse omnium.

¹⁸² Differt plane. Quia in iuramento purè assertorio invoco Deum ut testem: at in promissorio rem futuram respiciente, non tam Deum aduoco ut testem, quam ut fideiussores: non enim promittens rem futuram, Deum aduoco, ut testetur eam futuram fore: hoc namque est mihi omnino incognitum; illa enim petitio vana esset, & nullatenus meam promissionem firmaret; esse namque rem promissam de facto futuram, est quid contingens, & multis viis potest impediri. Ergo essentia iuramenti promissorii ab ea contingentia pendere non potest. Non igitur peto à Deo, ut testetur, rem fore futuram, eum sub iuramento rem futuram promitto: sed postulo à Deo, ut ipse sua præsentia mea promissioni autoritatè præstet: videlicet, quod res, quæ promitto sim executurus: At munus fideiussores & testis est planè diversum: Fit ergo diversum esse iuramentum promissorium ab assertorio. Ita Palaus 10. 3. tr. 1. 4. d. 3. pun. 2. n. 7. Inclinat. Suar. l. 1. de iuram. cap. 9. n. 5.

¹⁸³ Fateor, primam sententiam, quia communis fore sustinendam, sed crediderim, fortasse secundam esse probabiliorem. Idèd mihi eam præfero. Quia iuramentum promissorium, quatenus tale est, & rem futuram respicit, non semper obligat sub gravi culpa præstare verum quod promissum est, ut communior sententia tenet. At iuramentum purè assertorium semper in quacunque materia etiam levisima obligat sub gravi culpa ad veritatem: Ergo iuramenta, è quibus hæc proprietates ita diversa procedunt, diversa sunt.

L 4 PROBL.

PROBL. XVII.

Defectus iustitiae in iuramento assertorio mortalis aut venialis est, & mortalis aut venialis non est secundum quod narratio confirmata iuramento mortalis, aut venialis fuerit.

186
Promitto
comites iu-
sti iuramentum
circumstan-
tias.

Vidimus sect. 1. circumstantias, quae comitari debent iuramentum, ut sit actus virtutis, esse eas, quas Ieremias cap. 4. exprefcit: *iurabis: Vivit Dominus in iustitia, in iudicio, in veritate.* Primum, veritas in omni iuramento ad eius honestatem requiritur. Secundum, requiritur in omni iuramento iudicium, hoc est matura consideratio de necessitate, ac utilitate iurandi. Tertium requiritur iustitia, scilicet ut id quod iuratur honeste iuretur: & hoc quidem tam in iuramento assertorio, quam in promissorio. Diversimode tamen in iuramento assertorio, ac in promissorio. Nam in promissorio debet esse iustitia tunc ex parte materiae, tunc ex parte actus iurandi. Requiritur enim, ut id quod promitto gerendum, iustum & honestum sit: & ut iusta & honesta sit promissio: ita ut si res promissa iniusta & inhonesta sit: inhonesta, & iniusta sit promissio, & iuramentum. At è contra in iuramento assertorio non semper iniustum est iuramentum, quando iniustum est, quod asseritur; sed solum erit iniustum; quando iniuste & inique asseritur. Porro in iuramento assertorio (ut ad questionem accedam) peccatum mortale est veritatis defectus. Quia invocare Deum in teste mendacii est gravissima illius iniuria. Defectus iudicii veniale piaculum est. Quia non videtur gravis irreverentia Deo fieri, quod eius nomen absque necessitate invocetur. Iam quaesierim, an defectus iustitiae in iuramento assertorio si mortale aut veniale peccatum, secundum quod narratio confirmata iuramento, mortalis vel venialis fuerit.

187
Est mortalis
aut venialis
iuxta narra-
tionis mali-
tiam.

Defectus iustitiae in iuramento assertorio mortalis est, cum narratio firmata iuramento est mortalis: venialis autem est, cum venialis est narratio, quae iuramento fuerit firmata. Quia iuramentum assertorium in hoc cum iuramento promissorio in re iniusta comparatur. Sic Toletus l. 4. cap. 2. numer. 11. Sotus l. 8. de iust. quest. 1. a. 3. Petr. Ledes. tom. 2. sum. tr. 11. cap. 4. dub. 4.

188
Non est de-
fectus mor-
talis aut ve-
nalis iuxta
narrationis
maliitiam sed
aliunde.

Non est defectus iustitiae in iuramento assertorio mortalis aut venialis iuxta narrationis affirmatae malitiam. Quia defectus iustitiae in iuramento assertorio sumendus ex eo quod assumatur ut medium aut instrumentum mortale erit iuramentum: si venialis, veniale existet. Ita Sanch. l. 3. sum. cap. 4. n. 33. Suar. l. 1. de iuram. c. 1. 2. num. 7. & 8. Pala. tom. 3. tr. 14. d. 1. sum. 5. num. 4.

189
Cum his sen-
tio, & exem-
pla id confir-
mo.

Cum his sentio, & exemplis doctrinam confirmo. Quotiescunque proximum graviter quis detrahit, ac detractionem iuramento confirmat, peccatum mortale committit. Quia assumit iuramentum ut medium, ac firmamentum gravis iniquitatis: nam illud assumit ad ve-

riorem ac firmiorem detractionem proximi faciendam. Neque ab hac intentione, quae est in essentia iuramenti imbibita excusari potest. Item peccatum mortale non perpetratur adversus Religionem, & contra iuramentum, cum quis proprium peccatum manifestat, & de illo se iactat, & ut credatur commississe vel complacitiam illius habere, narrationem iuramento confirmat. Quia est illa narratio ob complacentiam mortalis sit, iuramentum non assumitur ut medium ad augendam, vel firmandam illam mortalem complacentiam in se, sed in audientium animis; hoc est, assumitur ut medium ad firmandam in audientibus illius credulitatem: qui finis mortaliter praeus non videtur.

PROBL. XVIII.

Quando res promissa iusta est, & quis tenetur ex iuramento illam exequi: peccat, & non peccat lethaliter, illius omittens executionem, quando res promissa levis est.

Profecto si gravis sit materia omnes conveniunt, lethale esse peccatum. Quia gravis irreverentia Deo exhibetur, illius auctoritatem in re gravi contemnendo. Et quia voti violatio in re gravi est mortale peccatum: Ergo à fortiori violatio iuramenti, cuius maior est obligatio. Quaesierim vero, num peccet lethaliter, qui rem leviem iuramento promissam implere contemnit?

Lethaliter peccat. Quia in iuramento promissorio Deum in testem adducit non solum veritatis praesentis, sed futurae: id est non solum quis iurat, se habere propositum rem promissam exequendisse etiam illam esse executurum: Ergo si de facto non exequitur, cum posuit, & teneatur, efficit quantum est ex parte sua, Deum falso fuisse testatum. Quod tam in gravi materia, quam levi eisdem est rationis. Sic Gabr. in 3. dist. 39. quest. 1. art. 2. concl. 4. & 7. Caiet. sum. v. Perjurium. cap. 2. Armil. v. Iurare. num. 12. Valent. 1. 1. d. 6. quest. 7. pun. 3. concl. 3. Lessi. l. 2. cap. 42. dub. 5. num. 2. Bopac. 10. 2. d. 4. q. 1. pun. 14. n. 2. Reginald. l. 1. n. 79.

Non peccat lethaliter sed venialiter solum, siue materia promissa sit totalis, siue partialis. Quia qui aliquid promittit, si animum habeat gerendi, quod promittit, non mentitur. Quia non loquitur contra id, quod gerit in mente, si vero non facit, quod promittit, tunc videtur infideliter agere per hoc, quod animum mutet. Quod ergo mendacium proprie non committat in omittenda promissione, non adducit Deum in testem falsi. Id confirmo: Cum sub iuramento promitto, aliquid faciendum, non solum iuro in actu exercito, me habere animum exequendi rem promissam: sed etiam iuro formaliter, me esse executurum: Ergo illud iuramentum tunc est verum, vel falsum: Ergo eius veritas, vel falsitas mortalis non pendet ex eventu futuro: ac proinde licet non exequar rem iuratum, causa esse non potest, quod Deus à me fuerit in testem falsi inductus; alias ob nullam possem rationem ab exequa

Se& II. De Precepto II. Problemata 129

ab executione rei iurata excusari. Deinde in iuramento promissorio non inuoco Deum, ut testetur, me fore rem promissam executurum. Nunquam enim ad hoc munus testimonium diuinum expostulatur, sed solum ut sub sua autoritate illam suscipiat promissionem: Ergo postea executionem omittens, infideliter ago, non tamen mentior. At esse infidelem in re leui, non est Dei gravis iniuria. Quia non destruitur speciale aliquod ipsius attributum. Ita D. Antonin. p. 2. tit. 10. cap. 4. §. 1. Angel. v. iuramentum, §. num. 41. Syluest. v. iuramentum, 4. q. 1. Nauar. sum. cap. 12. num. 10. & cap. 18. num. 7. Mann. 10. 1. sum. cap. 192. num. 5. Azor. to. 1. l. 5. c. 27. & l. 1. c. 5. quest. 3. Suar. l. 3. de iuram. c. 26. n. 9. Sanch. l. 1. sum. c. 4. n. 23.

193
Probabilis
hoc mihi.

Probabilis hoc puto. Quia Dens in iuramento promissorio, ut respicit rem futuram non adducitur ut testis formaliter; sed ut præbens auctoritatem futuræ executioni per modum fidei iurantis: non qui in se obligationem suscipiat, sed qui sua præsentia promissioni tribuat firmitatem.

PROBL. XIX.

Est, & non est lethale peccatum extra iudicium vel contractus firmitatem iuramentum præstare in alio sensu ab eo quam alius intelligit.

194
Nonnulla
iura suppo-
na.

Certum est, si Index ita iuridice interroget, ut quis teneatur veritatem fateri, peccatum lethale, si amphibologico vtens iuramento, veritatem occultet. Qui agit, contra obedientiam Superiori debetam. Idem est, quando ad alicuius contractus firmitatem iuramentum expostulatur, aliquis verò ut obligatione solueretur, amphibologicè iuraret. Quia decipit proximum in re graui. Sanchez l. 3. sum. c. 7. num. 1. & 2. Lessl. l. 2. c. 42. dub. 9. n. 46. si verò extra legitimum iudicium, vel extra contractus indigentes iuramento ad firmitatem loquamur: nemini dubium esse potest loqui, & à fortiori iurare sine necessitate, vel vtilitate speciali in alio sensu ab eo quem auditores intelligunt esse peccatum. Quia talis loquendi modus contrarius est civili, ac politice hominum cõuersationi, maxime in rebus seriis, omniaque dolis, ac fallaciis exundarent. Quare etsi tunc peccatum mendacii non committatur, delinquitur contra præceptum affirmatiuum dicendi veritatem sincere, ac simpliciter. Valent. 2. 2. d. 5. q. 53. pun. 2. Quasi-ferim autem, non id peccatum lethale sit, extra iudicium, vel contractus occasionem, amphibologicè iurare.

195
Mortale est.

Peccatum mortale est. Quia esto falsum non asseratur, adducitur Deus in testem, ac procectorum veritatis operiendæ, & seducendi, aut illudendi proximum, & politicam hominum cõuersationem violandi, ansamque fallaciis exhibendi. Syluest. v. iuramentum, 3. q. 2. Qui quidem huiusmodi iuramenta periuria vocitant. Et quia est contra præcipuum iuramenti finem, qui est veritatem determinatam testificari; sic Angel. v. iuramentum, 4. initio. Syluest. v. iuramentum q. 2. Armil. v. iurare, q. 16. Tabie. v. iu-

rare, quest. 13. num. 14. Nauar. c. Humana aures 22. q. 5. & sum. cap. 12. num. 8. & 13. Tolet. Sayr. Lessl. & Philarc. apud Sanch. l. 3. sum. c. 6. n. 22. Ludon. Lop. p. 1. Instrucl. cap. 42.

Secus in iniusticia, aut aliqua extrinseca circumstantia, quæ ex tali modo iurandi possit oriri tale iuramentum absque necessitate factum, mortale piaculum non est, sed veniale solummodo. Quia tali iuramento solum deficit comes iudicii, non iustitia, neque veritatis: Ergo solum est veniale piaculum. Quod autem tali iuramento veritas non deficiat, certum puto: Nam illud iuramentum non cadit supra propositionem exterius vicinque prolatam, sed secundum quod restricta est animo proferentis. Ex. gr. Rogatur quis, an furtum commiserit, quod verè perpetravit: respondet & iurat, se non commisisse, subintelligendo in illa hora, in qua rogatur: vel non commisisse coram Iudice, parente aliisve consanguineis. Tale iuramentum veritatem habet: si quidem non affirmatur absolute, patratum non fuisse furtum; sed patratum non fuisse illa hora, vel coram his personis. Ita Caiet. 2. 2. q. 89. a. 7. Suar. l. 3. de iuram. c. 9. 10. & 11. Sanch. citat. & alij apud ipsos, Palas 10. 3. ar. 14. d. 1. punct. 7. n. 3.

Profecto humana aures talia verba nostra indicant, qualia foris sonant: diuina vero iudicia talia foris audiunt qualia ex intimis proferuntur. c. Humana aures 22. q. 5. Ergo pensari debet fallitas, aut veritas non ex verbis præcisè, sed ex corde proferentis. Ergo iuramentum amphibologicè factum veritatem habet. Ergo solum ei deficere potest iudicium, & iustitia. In iustitiam supponimus non deficere: alias prauitate materiæ esset mortale, vel veniale. Restat ergo ut solum iudicium, seu discretio deficiat, cuius defectus venialis est: eo quod non euacuet finem præcipuum iuramenti, qui est veritatis confirmatio. Scio quidem, nec venialem esse culpam, quando aliqua causa honesta occultandi veritatem intercedit: qualis esset, si ad tuam tuorumque salutem, honorem, rem familiarem tuendam occultatio expediret. Quia defectus iudicii, qui in huiusmodi iuramento esse poterat; interueniente iusta causa sic occultandi veritatem omnino cessat. Lege Lesslium l. 2. c. 42. dub. 9. n. 47.

PROBL. XX.

Iurans sine animo implendi, semper peccat mortaliter, & non semper mortaliter peccat.

198
Semper peccat mortaliter.

Sine in iudicio siue extra iudicium iurans sine animo implendi iuratum, semper mortaliter delinquit. Quia vero iuramento prima veritas deficit. Sic Lessl. l. 1. c. 42. dub. 8. n. 42. Suar. l. 3. de iuram. c. 17. n. 9. Sanch. l. 3. sum. c. 4. n. 26. & alij communiter.

199
Non semper mortaliter peccat.

Non semper delinquit mortaliter. Quia aliqua iuramenta passim fiunt, sine animo implendi iuratum. Hæc sunt iuramenta, quibus parentes minantur filiis, heri famulis, supplicia non tam animo exequendi, quam deterrendi, ac corrigendi. Quæ quidem à Doctoribus peccata mortalia non censentur. Item iuramenta cedendi loco, & honore

& honore, quæ vrbauitatis causa sunt, sine animo implendi: Ergò non semper his vtens, lethaleriter delinquit. Sic omnes fere Doctores patentes & heros à mortali excusant.

²⁰⁰ Hanc sententiam minime posse sustineri reor, si absolute sumatur, & non subintelligatur aliqua conditio quæ iuramenta illa falsitate excuset. Porro in iuramentis comminatoriis subintelligitur conditio, nisi delinquens filius, vel famulus se correxerit, veniamve postulare, vel minus incommodum ex supplicio timeat. In iuramentis vrbauitatis subintelligitur, nisi alteri nimis molestum fuerit. Imò crediderim, in comminatoriis illum ipsum terrorem filio, aut famulo inflictum intendere sufficiens esse, vt iuramentum à falsitate excusetur, licet iurans nullum aliud supplicium intendat inferre. Verum si abique vlla subintellecta condicione, iuramentum præstaretur, sine animo aliquid implendi, haud dubito fore mortale. Lege Lessium l. 2. cap. 4. 2. dub. 4. num. 22. & Suarez l. 3. de iurament. capite 17. numero 9.

PROBL. XXI.

Iurare falsum sine animo iurandi, est, & non est peccatum mortale, si per iniuriam quis iurare cogatur, & falsitas penitus sit occulta.

²⁰¹ Peccatum mortale non est. Quia nec intendit Deum in testem vocare, sed simulare: nec secundum prudentem examinationem poterit ille ceneri falsum iurare: quia falsitas est penitus occulta, & quæ iustam causam habet, alia mente iurandi. Sic Lessius l. 2. cap. 4. 2. dub. 8. num. 43.

²⁰² Peccatum est mortale. Quia videtur Deo grauis irreuerentia fieri ex eo quòd solum in apparentia, & nomine tenus falsi aduocetur in testem. Nomini enim Dei lumina reuerentia debetur. Ita Palus tom. 3. tract. 14. d. 1. punct. 5. num. 5.

²⁰³ Hoc probabilius censeo. Quia extra hunc casum à Lessio adductum, nullum Doctorem inueni, qui affirmaret, peccatum mortale non esse falsum iurare, etiam sine iurandi animo. Et quidem si semel admittamus Deum simulare inuocari posse in testem falsi absque graui peccato: finis iuramenti, qui est veritatis confirmatio, penitus frustraretur. Non igitur est concedendum. In iudicio autem, & in contractibus grauib. proculdubio est esse mortale iurare falsum absque animo iurandi. Quia in iudicio est contra præscriptum superioris: in contractibus contra ius parti contrahendi debitum, & in vtroque casu contra reuerentiam diuino nomini debitam.

PROBL. XXII.

Iurare verum sine intentione iurandi est, & non est lethale peccatum.

²⁰⁴ Est quidem lethale. Quia quandò verum est quod iuratur, id iuramentum est perni-

ciosum in ordine ad Deum, cuius diuino testimonio per id illuditur. Cum actus externo illud inuocetur, interno autem eius inuocationi dissentiat. Est etiam perniciosum toti humano generi, tollens iuramento externo finem, qui est, verè adhiberi in veritatis confirmationem. Sic Caiet. 2. 2. quest. 8. art. 7. Armil. verb. Perurium, num. 3. Couar. de pactis part. 1. §. 5. num. 1. Et probabile ducit Palus citandus, dum contrarium probabile solum esse affirmat.

Lethale non est. Quia non videtur, ex hoc iuramento fieri grauis irreuerentia Deo, neque homini. Non Deo, nam esto simulatur, in testem adducitur: adducitur in veritatis testem. Sicut cum simulatè quis orat eo tempore, quo non tenetur orandi præcepto: non obinde censetur Deo grauem iniuriam inferre. Neque etiam ex tali iuramento homini prouenit grauis iniuria: quia suppono grauius inde non læsi. Ex nullo ergo capite, lethale crimen est. Ita Lessius l. 1. cap. 4. 2. dub. 8. num. 42. Sancti alius relatis, l. 3. sum. cap. 6. num. 9. & 10. Bonac. tom. 1. d. 1. quest. 1. punct. 7. Pala. tom. 3. tract. 14. d. 1. punct. 5. num. 5.

Cum his opinor, addens, esse proculdubio peccatum veniale, quandò nulla legitima & honesta causa geritur. Quia est quædam fictio vim iuramenti eneruens. Verum si in iudicio, vel in contractibus veritatem quis iurat sine animo iurandi, mortaliter delinquit. Quia de ciperit Iudicem, vel secum contrahentem in te graui. Limitat Sanchez l. 3. cap. 7. num. 2. Dummodo inde iudicio, aut contractui notabile damnum sequeretur: quod rard contingere potest. In contractibus quidem, cum fictio, & simulatio non appareat, & æquè cogendus sit ac si verè iurasset, limitatio placet. A iudicio tamen exclusio limitationem. Quia semper hæc simulatio illi notabiliter præiudicat. Superioris enim præceptum non solum est de veritate dicenda, sed de dicenda sub diuino testimonio. Illud ergo grauius iudicium, qui diuinum testimonium omittit.

PROBL. XXIII.

Lethale est, & non est lethale iurare quem sine se obligandi animo.

²⁰⁷ Peccatum est lethale. Quia sic grauis Deo irreuerentia, cum ex vno capite eum in testem adducit: & ex alio non vult testimonio ac autoritate eiusmodi obligari. Videtur enim diuinam maiestatem, ac auctoritatem contemnere. Porro qui non habet animum se obligandi, neque implendi animum videtur habere. Sic Nauar. sum. cap. 12. n. 14. Bonac. tom. 1. d. 4. q. 1. punct. 7. Lessius l. 2. c. 4. 1. dub. 8. n. 41. Suarez l. 3. de iuram. cap. 17. num. 10. & alij communiter.

²⁰⁸ Peccatum lethale non est. Quia probabilè est, iuramentum factum absque animo se obligandi, non esse verum iuramentum, sed simulatum, quale est iuramentum factum absque animo iurandi. Vnde idem quod Prob. 22. diximus de iuramento facto absque iurandi intentione, dici debet de iuramento facto absque animo se obligandi: Actiuramentum factum absque iurandi animo, si

Sect. II. De Præcepto II. Problemata. 131

si verum affirmetur mortale non est: ergo nec mortale erit iuramentum factum sine se obligandi intentione. Ita Palus 10.3. tr. 14. d. 1. pun. 8. n. 7. Syluest. v. iuramentum. 4.9.7. Sanch. l. 2. sum. cap. 6. num. 7. & cap. 10. num. 8. & alij apud ipsos.

²⁰⁸ Hanc sententiam mihi probabiliorē eligo. Quam quidem roboro, probans, iuramentum, in quo quis expressum habet animum non se obligandi, verum non esse, sed apparens. Quia obligatio vel est de natura ipsius iuramenti, vel quadam passio ita necessario consequens naturam iuramenti, ut nullatenus valeat separari. Ergo qui vult iurare obligationem excludendo, vult, ut tale iuramentum suum non habeat essentiam: si quidem illam habere non potest sine obligatione: Ergo iurare non vult, sed simulare iuramentum. Confirmo id ex voto facto absque te obligandi intentione, quod secundum communem sententiam, nullum est. Et ex matrimonio contracto absque intentione te obligandi ad reddendum debitum, quod etiam est nullum: quia essentiam matrimonij destruit. Ergo similiter nullum erit iuramentum factum ab aliquo sine se obligandi intentione.

PROBL. XXIV.

Differenda est, & non est differenda absolutio ei, qui prava iurandi affectus est consuetudine.

²¹⁰ *Alqua reco- li.* **D**iximus sect. i. duplicem esse iurandi consuetudinem: vnam cum aduertentia, ut verum iuret. Quæ mortale non est. Alteram sine aduertentia ad veritatem: quæ quidem sic ex consuetudine iurandi in statu peccati mortalis constituit. Quæserim ergo, an differenda sit absolutio ei qui hac prava iurandi consuetudine sit affectus?

²¹¹ *Non statim absoluit, qui consuetudine iurandi male tenetur.* Si semel aut bis factus fuerit hanc consuetudinem, Confessarius potest, & debet eum absolueresecus: si sæpius. Quia debet differre absolutionem ut de proposito ei possit constare. Sic Sanch. l. 3. de iuram. cap. 8. sine. Sayr. in Clau. l. 5. cap. 5. num. 8. monens de consilio, non de obligatione differendam. Medina obligat differre, l. 1. sum. cap. 4. Ludon. Lop. p. 1. Instrucl. cap. 25. Manu. 10. 1. sum. cap. 192. num. 11.

²¹² *Abfoluendi statim.* Etiam si sæpius factus fuerit huiusmodi consuetudine potest absolui. Quia ob peccata, quæ nõ pendunt ex occasione extrinseca, sed ex peccatoris fragilitate non est necessario differenda absolutio. Nam eo ipso quod de peccatis dolet, remouet omnem occasionem, & periculum huiusmodi peccatorum: quod periculum situm erat in prava voluntate ea repetendi. Ità Bonac. ro. 2. d. 4. q. pun. 3. Sanch. loquens de consuetudine blasphemandi l. 2. sum. cap. 32. num. 45. Palus 10. 3. tr. 14. d. 1. pun. 9. num. 6.

²¹³ *Debere iam absolui statim iam posse differri etiam absolui non potest.* Etiam si nunquam admonitus quis fuerit, ut se corrigere studeat aut si admonitus appositum nonnihil laboris ad eam consuetudinem extirpandam debet statim absolui. Quia si admonitus non fuit, non est in tanta culpa; si autem post admonitionem aliquantulum laborauit pro emendatione iam ex parte sua ali-

quid gessit: & si differretur absolutio, forte caderet animo, & confessionis munimine destitutus exitius laberetur. Quid si nullam curam post admonitionem crebram, ad emendam apposuit? Adhuc cenfeo eum absolui statim posse, si verè dolere de præteritis videatur, & de futuris emendationem proponat. Ex consilio autem sacerdos poterit differre absolutionem, si iudicauerit dilationem profuturam. Quod non facile iudicari, nisi casu quo iurans ea consuetudine grane alijs scandalum exhiberet. Mecum Bonac. ubi supra.

PROBL. XXV.

Peccatum mortale est, & non est peccatum mortale, petere iuramentum ab eo, qui paratus est, falsum iurare, quando sibi fuerit expostulatum.

²¹⁴ *Nonnulla supponit.* **S**uppono ex sect. i. inducere aliquem ad falso iurandum, vel ad iurandum quod nulla ratione licet præstare potest, esse grave peccatum. Et nunquam esse licitum inducere aliquem ad testificandam falsitatem, tametsi testis falsitatem non cognoscat. Et nulla causa interueniente, illicitum esse petere iuramentum ab eo, quem credo male iuraturum. Hoc probatur: quia lege charitatis teneor proximo occasionem ruine non offerre. Illud autem: quia cum illa sint intrinsece mala ex nulla ratione potest eorum petitio cohonestari. Quæserim verò, an peccatum mortale sit, petere iuramentum ab eo, qui paratus est falsum iurare, quando sibi fuerit expostulatum?

²¹⁵ *Peccatum mortale est.* Peccatum mortale est. Quia in petitione iuramenti ab eo, qui falso est iuraturus non adest regulariter necessitas, aut vtilitas. Sic Sanch. l. 3. sum. cap. 8. num. 23.

²¹⁶ *Non est peccatum mortale.* Non est peccatum mortale. Quia probabile est, solam culpam venialem intervenire in petitione iuramenti ab eo, qui per falsos deos est iuraturus, ut asserit Sanch. citatus in hac enim petitione regulariter adest necessitas, vel vtilitas. Ergo idem dicendum de petitione iuramenti ab eo, qui paratus est falso iurare. Quia in utròque casu idem licitum directe petis, & quod ipsi facile præstare possunt. Si igitur in petitione iuramenti ab eo qui iuraturus est per falsos deos peccatum mortale non adest, nec etiam confectus est peccatum lethale committere in petitione iuramenti ab eo, qui falsum est iuraturus. Nam verum iuramentum per falsa Numina æque malum est, & forte peius, quam iuramentum falsum per Deum verum. Quod autem in petitione iuramenti ab Ethnico regulariter aliqua vtilitas intexueniat sicut in petitione mutui ab usurario, quæ tamen regulariter non interuenit in petitione iuramenti à peieratro: in causa esse non potest, ut quando de facto in utrâque iuramenti petitione nulla causa honesta intercedit idem non sit dicendum, si de facto iuramentum petatur. Ità Palus 10. 3. tr. 14. d. 1. pun. 10. num. 6.

²¹⁷ *Corium mihi, peccatum mortale esse.* Mihi certum est, peccatum mortale esse, si absque aliqua honesta causa iuramentum à male iuratro petatur. Quia non percipio, quomodo ex charitate Dei, & proximi grauius non

non obligetis peccatum proximi graue vitare, si absque tuo incommodo possis. Vnde primam sententiam vnice probabilem esse reor. Quam quidem Palaus postquam pro secunda parte ingeniosè argumentatus est, primam mordicus tenet.

PROBL. XXVI.

Mortale est, & non est mortale, Iuramentum petere sine necessitate ab Ethnicis, qui per falsos deos est iuraturus.

218
Non est mortale, sed veniale, sed veniale est.

Non est mortale, sed solum veniale peccatum. Quia in petitione iuramenti ab Ethnicis regulariter adest necessitas, vel utilitas. Et quia plures grauissimi Doctores sentiunt solum esse culpam venialem petere absque necessitate mutuum ab usurario parato: & sacramentorum administrationem à peccatore Ministro parato eam concedere: At eadem profus ratio videtur esse in petitione iuramenti à parato iurare per falsos deos. Ergo talis petitio solum est culpa venialis. Sic Sanch. l. 3. sum. cap. 8. num. 23.

219
Mortale crimen est.

Mortale crimen est, sine aliqua honesta causa iuramentum petere ab Ethnicis per falsa numina iuraturis. Quia ex charitate Dei & proximi grauiter obligamur graue proximi peccatum vitare. Nec possumus ab usurario parato petere sine necessitate mutuum, nec à male administrato sacramentum: ob eandem rationem. Ita Palaus to. 3. tr. 14. d. 1. pun. 10. nu. 7.

220
Primam eligo sententiam.

Sancio adhæreo. Quia levis necessitas excusat in petente à petitione huius iuramenti: sed præceptis sub mortali obligantibus, non tam levis causa assolet excusare: Ergo indicium est solum esse sub veniali obligationem. Certè sic petens, rem licitam petit, & quam alius facile præstare poterit. Ergo non debet censeri proximo offerre ruinæ causam: sed illam ipse sibi accipere.

PROBL. XXVII.

Stante aliqua legitima causa petendi iuramentum à peieraturo, vel per falsa numina iuraturis: potest quis, & non potest id licitè petere extra iudicium.

221
Non potest id peti extra iudicium.

Licitum est in iudicio: at extra iudicium solum licet in iuraturis per falsos deos, non in peieraturis. Quia inter has iuramentorum petitiones magna est differentia. Nam in iudiciali petitione, & in petitione iuramenti veri, quod est per falsos deos præstandum, semper est aliquod bonum, quod petatur. At in petitione extra iudiciali iuramenti ab eo, qui falso est iuraturus, nullum bonum apparet, cum non sit veritatis confirmatio; sed potius illius destructio, & finis iuramenti euersio: Ergo nullatenus licita esse potest sic d. August. D. Th. D. Bonau. Sotus, Aragon. Sayrus, & alij, quos refert Sanch. l. 3. sum. cap. 8. num. 5.

Basilii Leogion. l. 5. de matrim. cap. 18. §. 8. numer. 58. 60. 61. & 62. Certè Augustinus relatus in cap. Ille qui, & cap. Qui exigit 22. quæst. 1. absolute affirmat, eum qui cogit alium ad iurandum, quem scit falsò iuraturum, peccare, & peiorem esse homicida.

Stante honesta causa petendi iuramentum semper licitum est petere ab illo, quem petens scit, esse peieraturum, vel per falsa numina iuraturum, siue in iudicio petat, siue extra iudicium. Quia in petitione iuramenti absolute nihil mali inuoluitur, cum possit optime fieri. Quod autem alius falsò iuret, aut per conficta numina, non petenti, sed suæ malitiæ tribuendum est, quam cum detrimento suo petens impedire non tenetur. Ita Lessi. l. 1. c. 42. dub. 10. n. 49. Suar. l. 3. de iuram. c. 13. n. 3. & cap. 14. num. 16. Sanchez citat. Reginal. l. 18. num. 76. Bonac. tom. 2. d. 4. quæst. 1. punct. 11. numer. 1. Pala. to. 3. tr. 14. d. 1. pun. 10. num. 9.

Hoc secutus, ostendo in sententiæ robur, detrimentum non leue sequi posse, nisi quis iuramentum petatur à peieraturo, seu iuraturis per falsa numina, tum in iudicio, tum in actore, tum in priuata persona. In iudicio constat: nam siue procedat ad petitionem partis, siue ex officio via inquisitionis, examinare testes, ac reum potest, etsi sciat falso iuraturus. In actore sapè sua interest, iuramentum à peieraturo exigere; quia alia via non potest licem terminare, fraudes detegere, fidem aduersarij infirmare. Denique priuatæ personæ sapè detrimentum continget, nisi iuramentum petat ab eo, quem scit falso iuraturum: ut si rerum familiarium alicuius Principis administrator existat, & nisi exigit iuramentum à colonis, fortè negligentia arguetur: poterit ab eis iuramentum exigere: tamen si sciat, peieraturos. Porro in iuramento promissorio res est magis perspicua. Sapè enim tua intererit, firmare contractum, & promissum: etsi scias, promittentem neque habere animum implendi, neque postea executurum. Quia virtute iuramenti efficacies ad executionem compelles. Regula igitur generalis sit ad licitam petitionem iuramenti ab eo, quem scimus falsò iuraturum, vel per idola, nihil aliud requiri, nisi quoddam honesta causa, & vtili prudentis arbitrio petatur: & ex alia parte petatur iuramentum absolute, non tamen ea intentione, aut conditione, ut fallum iuretur. Quod exemplo petitionis mutui ab usurario, & Sacramenti à Ministro peccatore est manifestum.

PROBL. XXVIII.

Scis, alium ad iurandum falsum, vel per idola determinatum esse, neque licitè iurare velle: poteris, & non poteris eius iuramentum exposulare dicens: Iura mihi, tamen si falsò iures, vel per falsos deos.

Poteris planè. Quia potes usurarium paratum inuitare, ut mutuum tibi sub usuris petenti placeat imper

Se&t. II. De Precepto II. Problemata. 133

impertiat, quando alia via id obtinere nequis; in hac enim petitione non postulas actionem dantis mutuum sub usuris, quatenus ab eo procedit: sed postulas mutuum, quod licet prestari potest. Cum autem dicis, *sub usuris*, est permissiue: redditque hunc sensum: Da mihi mutuum, & quia certus sum, te non esse daturum nisi sub usuris, usuris promitto. Haud aliter dicendum in petitione iuramenti ab eo, quem quis scit, nolle iurare nisi falso, vel per falsos deos: potest inquam petere iuramentum, esto inique prestandum sit. Quia iniquitas non postulat, sed solum permittitur. Sic Sanch. l. 1. *sum c. 8. n. 17*, asserens, hanc sententiam esse probabiliorem.

225
Non poteris

Non poteris huiusmodi iuramentum exposulare nec vllatenus id coherere potest. Quia ex ea petitione convinceris te petere iuramentum non absolutes, sed licet sit vestitum iniquitate: sed iuramentum iniquitate vestitum iniquum omnino est. Ergo illa est absolute iniqua petitio. Ita Valent. l. 1. *d. 6 q. 7. punct. 3. Salon 2. 2. q. 87. d. 4. controu. 1. Palaus 10. 3. tr. 14. d. 1. pun. 10. n. 10.* asserens, hanc sententiam esse probabiliorem.

226
Idem iudicio

Idem iudicio; quia non est simile de mutuo. Nam mutui concessio, & petitio vstrarum res sunt distinctae: ac proinde poterit quis mutui concessionem petere, & vstrarum petitionem permittere. At iuramenti falsitas, vel iniquitas ab ipso iuramento non distinguitur. Non igitur dari potest illius iuramenti petitio, quae simul non sit petitio falsitatis, vel iniquitatis.

PROBL. XXIX.

Sanum consilium est, & non est sanum consilium, si Confessarius iurare faciat penitentem aliquam penam subeundam, si reinciderit.

227
Non est sanum consilium

Non est sanum consilium. Quia si affectus ad peccatum vigeat, magnus est transgrediendi iuramenti periculum. Unde Confessarius id consulens laqueum collocat penitenti. Sic Sanch. l. 1. *1. ecal. cap. 8. sine*, & alij Neoterici.

228
Sanum consilium est

Sanum consilium est. Quia non est idem periculum transgressionis. Non enim qui preceptum non fornicandi violat, eo ipso violaret iuramentum de pena subeunda. Quia in fornicationem rapitur ob inordinatum affectum: secus in penam Ita Palaus 10. 3. tr. 14. d. 1. pun. 10. n. 12.

229
Auctor in dictum

Experimento edoctus mei amicissimi Ferdinandi à Castro Palaus praefero, Santij venia, sententiam. Vidi enim non aptius alia via peccatis assuetos vii posse ad extirpandam pravam consuetudinem, quam si sibi aliquam penam moderatam subeundam iurent, quoties reinciderint. Non ideo approbo Confessarios exigentes à suis penitentibus iuramenta desistenti ab aliquo crimine. Quia eos transgressionis periculo exponunt: & saepe suppetunt alia remedia: fauetque textus in c. Clericos, de cohabit. Cleric. & mulier. Vbi caveatur, ne iuramentum petatur à Clericis de dimittendis concubinis, ob periculum violationis: & quia aliis possunt remediis iuvare. Suar. l. 1. *de iura. c. 14. n. 18.* Sanch. n. 8. Attamen nec id omnino improbarim. Nam esto timeatur, sic iurantes aliquando iuramentum violaturos: si tamen praesumitur, illius vinculo eos à peccatorum frequentia frangendos, Eschob. & Mend. Theol. Moral. Tom. IV.

non videretur imprudens consilium, quod de huiusmodi iuramento praestando exhiberetur. Saepè à filiofamilias iuramentum expostulani, nunquam se captaturum cum famula solitudinem, ut vitaret excidendi periculum, & experientia didici, id valde ad continetiam profuisse. Regulariter tamen id iudico non gerendum.

PROBL. XXX:

Periurus priuatur, & non priuatur ipso iure Beneficii acquisiti.

Priuatur ipso iure, nec necessarium est, ut per sententiam iudicam priuatur. Sic Rebus. cum alijs, tract. de pacifico possessore, numer. 223. Attamen id nec vlllo iure probat, nec vlla ratione probabile esse ostendit: nisi dixerim sapientissimi viri dictum pro iure, ac ratione sufficere.

230
Priuatur ipso iure

Non priuatur quidem ipso iure. Quia id praescribitur cap. Querelam, de iureiur. & ibi Gloss. Abbas & alij affirmant ad cap. 5. de rescriptis. Quo in loco Felinus, Decius, & Ripa fatentur hanc opinionem esse communem Couar. de pati. p. 1. §. 7. n. 3. Suar. l. 3. de iuram. c. ult. n. 6. & 22. Garc. de Benef. p. 1. c. 10. n. 167. Azor. p. 1. l. 11. c. 12. q. 9. Barbo. de potest. Episc. alleg. 51. n. 44.

231
Ipso iure non priuatur

Hoc vnicè verum esse puto. Quia cum textus huic sententiae faueant, contraria verò nullo iure firmetur parum probabilitatis ei inesse iudicari.

232
Hoc vnicè verum esse iudicari

PROBL. XXXI.

Periurus infamis iuris infamia priuatur, & non priuatur ipso iure Beneficii acquirendis.

Periurus infamis iuris infamia, seu declaratus per sententiam priuatus est iure ipso Beneficiis obtinendis, ita ut si ei fiat collatio profus sit nulla. Quia id plures textus indicant. Itē Rebus. tract. de pacifico possess. numer. 223. Couar. p. 1. de pati. §. 7. numer. 3. Azor. part. 1. l. 1. c. 1. §. 2. q. 10. Sayt. in Clauis. l. 5. cap. 9. numer. 9. Flamin. l. 4. de rescriptis. §. 3. numer. 10. Barbo. de potest. Episc. p. 3. alleg. 51. n. 45. Imò addit Couar. periuro infamiam infamia facti si fiat collatio virtute litterarum Apostolicarum esse nulla. Quia Pontifex non intendit suis literis ad Beneficia infames, ac periuros contineri: cum potius velit Clericis virtute, ac morum honestate praeditis Beneficia conferri.

233
Iure ipso priuatur

Periurus infamis iuris infamia ipso iure priuatus non est Beneficiis obtinendis. Quia probabile est collationē Beneficij factā irregulari validā esse in foro conscientiae, venireque per sententiam rescindendā: ut tenet Syluest. v. Excommunicatio 4. n. 4. Suar. 10. 5. in 3. p. d. 40. sect. 2. n. 5. probatque ex c. si soli, de cohabit. praebenda in 6. Vbi dicitur prohibitionē Pontificis non irritare collationē Beneficij, nisi cōstituerit, esse irritā, & inane, quod contra ipsum factum fuerit. Sed expresse non constat, irritam esse collationem Beneficij factam irregulari: licet constet prohiberi talem collationem: Ergo neque collatio facta infami, etiam infamia iuris, irrita erit. Nam irregularitas

234
Non priuatur ipso iure

M

regularitas infamia quadam est, ut constat ex cap. Infamis, 6. q. 1. Ita Palaeus 10. 3. tr. 14. d. 1. p. 1. num. 2. & Suar. ubi supra, defendunt, hanc sententiam esse probabilem.

²³⁵ Idem iudicio. Quia si collatio Beneficij facta valida est, à fortiori facta infami valebit. In foro autem externo nunquam valebit huiusmodi collatio: impetrarique poterit Beneficium ut vacans propter infamiam. Ut expresse notavit Suar. citat. num. 35. in fine. Equidem primam sententiam probabiliorē esse existimo.

PROBL. XXXII.

Periurium, per quod periurus potest repelli à testificando in iudicio, debet, & non debet esse necessario in iudicio probatum: tamen si de illo non sit lata sententia.

²³⁶ Non est necessarium, ut sit probatum in iudicio, sed sufficit, notorium esse notorietate facti, in quo evidens sit dixisse aliquem iurisiurandi verba falso quidem cum vera deliberatione, ac cognitione. Quia in textibus non signatur periurium, ob quod periurus debeat à testificando in iudicio repelli. Cum ergo periurium notorietate facti gravissimum sit, debet hunc effectum habere. Sic Sylvest. v. iuramentum. 2. q. 3. Azor. 10. 1. l. 1. cap. 11. q. 6. Valent. 2. 2. d. 6. q. 7. p. 1. num. 3. dicto 3. Suar. l. 3. de iuram. cap. 10. num. 20. docet sufficere publicam infamiam, quod talis homo peccare soleat.

²³⁷ Necessarium est, ut periurium sit probatum in iudicio, & non sufficit notorium esse notorietate facti. Quia cap. Testimonium, de testibus dicitur. Si vero de crimine sit emendatus ut in non comitetur infamia, non est in causa civili, vel etiam cum de crimine civiliter agitur, repellendus. Ergo non sufficit, periurium notum fuisse notorietate facti, ut infamiam contrahat, ob quam à testimonio ferendo repellatur, quia poterat interim emendari, et se ab illa nota expedire. Fit igitur propter periurium probatum huiusmodi legalem infamiam incurri, etiam si emendatus fuerit, ob quam debet esse à testimonio in causa civili, ac criminali repellendus. Sanch. l. 1. sum. cap. 10. num. 5. asserens, non satis esse quodlibet periurium ac repellendum periurium à testimonio ferendo, sed debere periurium de illo periurio convinci, & in iudicio damnari: et ex alia parte non debere esse periurium iniuria, vel metu extortum, aut à reo in iudicio de propria causa commissum. Et refert pro hac sententia Archidiaconum, Sotum, Arag. Tabienam, & alios.

²³⁸ Ego autem existimo, necessario requiri, & sufficere periurium ab ipse iniuria extortum, sed proximo nocivum, in iudicioque probatum, quamvis de illo lata non sit sententia. Quia licet periurus quovisque condemnatur non sit infamis infamia iuris, est tamen ex probatione illa iuridica infamis infamia facti: ob quam si à periurio oriatur à testificatione repellitur in omni causa, uti probat Palaeus 10. 3. r. m. d. 1. p. 1. num. 3.

CAPVT XVIII.

Circa Iuramenti Promissory obligationem, & firmitatem.

PROBL. XXXIII.

Si quis secum iuret, aut in absentia hominis, cui sit promissio, nomine acceptante legitime nomine ipsius, se daturum aliquid illi: tenetur, & non tenetur id implere.

²³⁹ Tenetur profecto, nec potest retrocedere etiam ante absentis acceptionem. Quia hoc iuramentum non est contra bonos mores, ut constat: nec contra bonum commune: Ergo servandum est, & si vero de iuramento sic Bart. l. si quis pro eo. n. 1. ff. de fideiusor. Iason l. stipulatio ista §. aliter. n. 4. ff. de verb. oblig. Molina 10. 2. de iust. tr. 2. d. 26. 3. Suar. 10. 2. de Relig. l. 1. de iuram. c. 1. n. 1. §. c. 1. n. 21. et multi alij, quos refert Sanch. 10. 1. de matr. l. 1. d. 7. n. 23.

²⁴⁰ Non tenetur implere, & retrocedere potest etiam ante absentis, aut ignorantis id votum fuisse emissum, acceptionem. Quia iuramentum id induit naturam promissionis factae homini cui acceditur: quae quidem est, ut includat tacitam conditionem, si ab altero acceptetur, et ut ante acceptionem possit revocari. Ita Sanch. citat. §. l. 1. sum. c. 9. n. 10. Lessi. l. 2. c. 17. dub. 7. n. 12. & §. 3. c. 42. dub. 22. & alij plures, quos refert Sanch. l. 1. de matr. citato. n. 24.

²⁴¹ Hoc probabilius reor. Quia licet Deus ad ducatur talis promissionis in testem, at cum sit homini facta, & non ipsi Deo per modum voti, Deus minimè acceptat, donec homo ipsi, cui iurans obligatur, acceperit: Ergo ante eius acceptionem nihil ita firmum actum est, quin possit revocari. Moneo tamen, hanc sententiam accipiendam esse, nisi iuramentum fieret ipsi Deo propter eius honorem de promissione aliqua pia implenda: tunc enim haberet rationem voti, & sic non posset revocari. At cum ius non acquiritur homini in hoc casu sed soli Deo, potest per relaxationem, vel commutationem tolli, in consilio homine: vel communiter à Doctoribus dicitur.

PROBL. XXXIV.

Qui iurat sine animo iurandi contrahit, & non contrahit obligationem implendi, etiam ex Religione.

²⁴² Dolus in iuramento intervenire potest, vel quia quis iuravit sine animo implendi rem promissam, vel absque animo iurandi, aut se obligandi, aut verbis amphybologicis. Verum si dolus solum sit, quia iuravit animo non implendi promissum, obligationi iuramenti non obstat. Quia stare optimè potest vera voluntas iurandi, & se obligandi, quin adsit animus exequendi obligationem. Nam licet satis controuersum sit, an promissio esse possit, absque animo rem promissam exequendi: at cum iuramentum de futuro non petat necessarium.

Seet. II. De Precepto II. Problemata. 135

fari promissionem, consequenter non petit ad suam essentiam animam exequendi rem iuram. *Suar. 10. 2. de Relig. l. 2. c. 2. per totum. Sanch. l. 3. sum. c. 10. n. 5. Lessi. l. 1. c. 4. 2. dub. 8. n. 41. At si dubius è contra sit in animo iurandi, quia quis solum exterius verba profert, caret tamen animo inuocandi Deum in testem, dubitamus, an contrahat obligationem etiam ex Religione promissum implendi?*

²⁴⁷ *Contrahit ex Religione obligatio.* Contrahit plane. Quia preceptum Religionis non solum obligat ad tuendum honorem diuinum efficiendo verum id, in cuius confirmationem diuinum testimonium est inuocatum: sed etiam id quod rationabiliter ab aliis credi potest diuino testimonio confirmatum fuisse. Alioquin apud eos honor diuinus minueretur. Sic Valent. 2. 2. d. 6. quæst. 7. p. 2. Dist. 1. autem si iuramentum rationabiliter peti- tum sit. Nam quando rationabiliter postulatur, creditur ab aliis, diuino testimonio rem confirmatam esse. Ergo ex Religione obligatur sic iurans, rem promissam exequi. Secus verò el- set, si irrationabiliter iuramentum exposula- retur; nam tunc merito presumi posset iuran- tem solo verbo tenus iurasse.

²⁴⁴ *Nam contra- hit obligatio- nem ex Reli- gione.* Non contrahit. Quia cum illa simulatio es- sentiam iuramenti destruat, nequit illa destru- ctas iuramenti obligatio ex Religione remane- re. Ita Palaeus tom. 3. tract. 1. 4. d. 2. 1. unct. 2. num. 2. Azor. part. 1. l. 1. cap. 4. quæst. 2. Sanch. citat. n. 11. Bonac. tom. 1. d. 4. quæst. 1. unct. 7. num. 2.

²⁴⁵ *Hanc obli- gationem.* Certe Valentie ratio solummodò probat adesse in iurante obligationem exequendi promissum ob vitandum scandalum: sed non probat ex vi iuramenti aliquam inesse obligatio- nem. Scio tamen, teneri sic iurantem omne damnum, quod ex suo ficto iuramento proue- nit reparare. Quia nullam causam ad fictè iurandum habuit.

PROBL. XXXV.

Credii quis ex errore esse posse iuramentum de materia capaci obligationis absque intentione se obligandi: Sic si iurare in- tendit, sed non se obligare, manebit obligatus, & obligatus non manebit.

²⁴⁶ *Revelo nomi- ni.* Quando dolus est in intentione obligatio- nis, eo quod quis iurat absque intentione se obligandi: constat quidem esse posse iuramentum de re futura absque se obligandi ad illius executionem intentione. v. gr. si quis iuraret non dare eleemolynam, posset habere animum iurandi, & verè iurare absque animo se obligandi ad rei iurata executionem. Quia res iurata incapax est talis obligationis, & iu- rans hanc incapacitatem agnoscit. Signum ergo est, separabilia esse intentionem iurandi ab intentione se obligandi in materia incapaci obligationis. At quando materia iurata obliga- tionis est capax, nullatenus habere poterit ille intentionem iurandi, & non se obligandi. Quia iurare quem, & non se obligare sunt impossi- bilia & repugnantia. Quare solum quaestio procedit ex errore, quo quis crederet esse posse iuramentum de materia capaci obligationis absque intentione se obligandi. Et in eo casu am- *Esob. & Mend. Theol. Moral. Tom. IV.*

ligo, an si quis iurare intenderet, & non se ob- ligare, maneret obligatus?

²⁴⁷ *Manet et obli- gatus.* Maneret quidem. Quia iuramentum ex se, & ex sua propria ratione inducit obligationem: Ergo si quis efficaciter iurare voluit, impedire non poterit obligationem inde confurgentem. Nam hæc non ex sua voluntate, sed ex facto ipso nascitur; sicut si velles peccare lethalter, & ex conscientia erronea nolles ad poenam æternam obligari: adhuc obligatus manebis: quia illa obligatio ex peccato ipso oritur sine vlla dependentia à voluntate. Sic Suar. l. 1. de iuram. c. 7. n. 18. Lessi. l. 2. c. 4. 2. dub. 8. num. 38. Va- lent. 2. 2. d. 6. q. 7. p. 4. Sayr. in Clauis. l. 3. c. 6. nu. 8. Caiet. 2. 2. q. 89. art. 7. & ibi, Arag. vers. Quar- ta conclusio.

²⁴⁸ *Obligatus non manet.* Non maneret obligatus. Quia in omni sen- tentia obligatio iuramenti promissioni vel est de eius essentia, vel est consecutum necessariò ad illam: ita vt absque tali obligatione iurame- tum esse non possit: sicut non potest esse matri- moniū sine obligatione ad reddendum debitū, prolemque alendam. Ergo si ponamus, què effi- caciter velle non obligari ad seruandū iurame- tum, convincetur, habere intentionem nò verè iurandi. Si quidem habet intentione non appo- nendi, quod necessarium est ad iuramentum: vt constat in voto. Nam si quis vellet vouere, absque intentione se obligandi, nullum votum emitteret, quod hæc obligatio necessario votum com- mitetur. Cū ergo obligatio exequendi re iura- tam comitetur iuramentum, exclusā intentione obligationis corruit iuramentum, quantumvis in conscientia quis existimet, posse iuramentum sine ea obligatione existere. Ita Syluest. v. iura- mentum 4. q. 7. Sanch. l. 3. sum. cap. 10. n. 8. & 10. pluribus relatis. Bonac. tom. 1. d. 4. q. 1. p. 6. n. 3. Azor. p. 1. l. 1. cap. 4. q. 2. Palaeus tom. 3. tract. 1. 4. d. 2. unct. 2. num. 6.

²⁴⁹ *Hanc senten- tiam propo- no.* Fateor, ex iuramento promissorio verò, & valido oriū necessario obligatione, neque posse impediri: sicut non potest impediri obligatio æternæ poenæ à perpetrante lethale pecca- tum. At cum actus externus iurantis sine obligationis intentione non sit verum iura- mentum, vt fert secunda sententia, (quam probabilior existimo) ex illo oriū non potest obligatio.

PROBL. XXXVI.

Si dolus sit in usu verborum, quia quis alio sensu illis dicitur ab eo, quem intelligit is cui iuramentum præstat: contrahit, & non contrahit obligationem iuxta sensum quem iurat.

²⁵⁰ *Non contrahit obligatio- nem.* Contrahit. Quia id expressè præscribit tex- tus in 6. Quacūque arte 2. 2. q. 5. ibi: Deus tamen, qui conscientie testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui iuratur intelligit. Est ergo huius textus decisio, non intelligendum esse iura- mentum iuxta sensum eius qui iurat, sed iuxta sensum eius, qui audit. Ex quo textu aliqui do- cti Neoterici hanc sententiam probabilem esse iudicant.

²⁵¹ *Obligatus non contrahit.* Contrahit quidem obligationem secundum sensum, quem iurat. Quia manifestè hoc cau- *Obligatus non contrahit.* tur in cap. Humane aures 2. 2. quæstion. 5. ibi: *Humane aures talia verba nostra indicant, qua-*

M 2

lia foris sonant: divina verò iudicia talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur. En quæ ratione coram Deo ex vi iuramenti non est alia obligatio nisi quatenus verba ex intimis proferuntur. Ita Suar. l. 2. de iurament. cap. 8. à num. 5. Sanch. l. 3. sum. cap. 10. num. 11. Lessi. lib. 1. cap. 42. dub. 8. numer. 44. Couar. de pact. part. 1. §. 5.

²⁵⁵ Hoc certum omnino esse reor. Quod adhuc roboro ex his, quæ eodem in textu sequuntur. Nam Deus, (inquit,) non accipit iuramentum, sicut ille, cui iuratur: sed potius sicut qui iurat, & intelligit. Ratio autem est manifesta. Nam iuramentum, eiusque obligatio non est absque iurandi intentione. Ergo si iurans solum habet intentionem iurandi secundum sensum ab ipso intellectum, solum secundum illum obligatur. Urget quidem textus cap. Quacunque arte, qui contrarium videtur decidere. At sic illum expono. Deus accipit iuramentum sicut ille, cui iuratur intelligit, quoad effectum committendi culpam, non quoad affectum se obligandi: id est, accipit iuramentum, sicut ille, cui iuratur, intelligit, ut culpa vitetur in iuramento: non ut iurans maneat obligatus. Quæ explicatio roboratur ex iis, quæ statim textus ille subiungit: ait enim, dupliciter peccare sic assumptum nomen Dei: tum quia in vanum assumit, tum quia proximum dolo caput. Loquitur ergo solum de peccato commissio in eo modo iurandi, non de obligatione inde subsecuta. Didici ex Suario l. 2. de iurament. cap. 8. num. 10. & Sanctio l. 3. sum. cap. 10. numer. 13. hanc vnius & alterius textus concordiam.

PROBL. XXXVII.

Iuramentum graui metu extortum inducit, & non inducit obligationem.

²⁵³
Nonnulla
suppono.

Suppono, quæstionem de metu graui procedere, leuis namque facile repellitur: ac proinde contractus ex illo celebratus, & iure naturæ, & positio validus est. Deinde procedere spectato iure positio, non naturali. Nam ex iure naturali certum est iuramentum metu extortum validum esse. Quia metus non tollit voluntarium, esto illud imminuat. Quæsierim ergo num graui metu extortum iuramentum, ex iure positio obligationem inducat?

²⁵⁴
Non inducit
obligationem.

Non inducit. Quia Authent. sacramenta puberum. cap. si aduers. vendit. postquam Federicus Imperator dixit, Sacramenta puberum sponte facta super contractibus rerum suarum non retractandis inuolabiliter custodianur: subdit. Per vim autem, vel per metum extorta etiam à maioribus, nullius esse momenti iubemus. Et cap. Peruenit de iureiurando, deciditur, Episcopum rebus suis spoliatum, & iurare compulsum, quod non repeteret sic, ablata, nullius iuramenti vinculis super hoc posse constringi. Et quia votum metu extortum nullam inducit obligationem cap. 1. de his, quæ vi. Ergo nec iuramentum. Quia de voto ad iuramentum argumentum est firmum, ut probat Gloss. 1. ad finem in c. si quis votum. 27. quæst. 1. sic plures relati à Sanctio lib. 4. de matrimon. d. 20. nume-

ro 3. eamque ipse probabilior reputat.

Inducit planè obligationem huiusmodi iuramentum, indigetque relaxatione. Quia ex cap. Obligatio inducit. si vero, de iureiur. ratio colligitur. Ibi enim coactum grauissimo metu renunciare iuris sui renunciationem (inquit Pontifex) non esse tutum contra iuramentum suum venire: nigrum tale sit, quod seruatum vergat in interitum salutis æternæ. Idem habetur cap. Verum eodem tit. cap. Ad audientiam, de iis, quæ vi, seruanda ergo sunt hæc iuramenta. Quod si in Authent. Sacramenta puberum dicantur iuramenta metu extorta nullius esse momenti: intelligi debet non quoad obligationem iuramenti, sed quoad contractus firmitatem. Addo, communem sententiam affirmare, illud Authent. correctum esse per ins Canonicum cap. si verò. cap. Verum, de iureiur. Ità D. Thom. 2. 2. quæst. 89. art. 7. Nauar. sum. cap. 12. num. 14. Sanch. l. 4. de matrim. d. 20. n. 4. & l. 3. sum. cap. 11. num. 4. & 5. Molina tom. 1. de iust. tract. 2. d. 149. Lessi. l. 2. cap. 42. dub. 6. Suar. l. 3. de iuram. cap. 16. num. 18. Bonac. tom. 2. d. 4. quæst. 1. punct. 9. & plures apud ipsos.

Existimo probabilius esse, nullam induci obligationem iuramentum graui metu extortum, si ius civile spectetur. Sic tenet communis sententia, ut testatur Sanch. l. 4. de matrimon. d. 20. num. 5. Certe civilibus Magistratibus data est potestas infirmandi iuramenti obligationem, antequam fiat, ita ut factum nullam inducat obligationem: vel obligationem remittendo, vel reddendo materiam ineptam iuramento, vel statuendo iuramentum incapax, sed ius civile clare indicat, hanc potestatem exercuisse tum in Authent. sacramenta puberum, tum in l. Non dubium. Cod. de legib. Nam in Authent. expresse dicitur, iuramenta per vim, vel metum facta nullius esse momenti tam quoad obligationem Deo acquisitam, quam homini. Secunda enim pars Authentice ex diametro opponitur primæ, ut intuenti constabit. Sed in prima illius textus parte conceditur iuramento non solum firmare contractum aliis firmum sed renouabilem: sed præcipue obligare iuramentum Deo ad illius observationem. Ergo in secunda parte totum excluditur, & firmitas contractus, & iuramenti obligatio. Præterea in l. Non dubium. C. de legib. clarissime dicitur, iuramentum admittendum non esse, neque vilius esse momenti, sed potius cassum, & inutile, quoties contractibus à lege reprobatis adiciuntur: hæc via fraus legibus fiat. Sed contractus metu celebrati iure Ciuili, imò & Canonico reprobantur: & rescindendi veniunt, & secundum ius Ciuile omnino annullantur. Ergo iuramentum illis adiectum vixit de materia reprobata cassum est & inutile. Ad idem est textus in l. Inrisgentium ff. de pactis. ibi: Quoties pactum à iure communi remotum est, seruare hoc non oportet, nec obligare, nec iurandum de hoc adiectum, ne quis agat, seruandum. Ergo spectato iure Ciuili, iuramentum graui metu extortum, nullam inducit obligationem. Eodem verò spectato iure Pontificio, (cui in materia iuramenti, utpote spirituali standum est) quodcumque iuramentum metu extortum est obligatorium, siue saluam relinquit repetitionem, (de qua non apud Basil. Legion. l. 12. de spo. n. sal. cap. 8. num. 70.) siue non: modo sit de materia

Secl. II. De Præcepto II. Problemata. 137

materia, quæ servari possit absque salutis eter-
næ dispendio. Sic Doctores omnes profecun-
da sententia communi relati: & probatur
textibus inibi adductis. Ceterum hæc obliga-
tio iuramenti non solum est in foro conscien-
tiæ, sed etiam in foro externo, & iudiciali.
Tum quia textus in *c. de iur. c. Ab-
bas c. Ad audientiam de iis, que vi. De foro ex-
terno loquuntur. Tum quia ratio decidendi
ob quam iuramentum obligat, nempe obser-
uari posse absque dispendio salutis æternæ,
æque in foro externo ac interno procedit. Vni-
co itaque verbo meam resolutionem exprimo:
Spectato iure civili probabilis est, nullam esse
iuramenti graui metu extorti obligationem:
Spectato verò iure Pontificio, cui standum,
omne iuramentum obligatorium esse de ma-
teria honesta non solum in foro conscientie,
sed in externo.*

PROBL. XXXVIII.

*Obligatio iuramenti metu extorti est, &
non est sub lethalis culpe reatu.*

²⁵⁷ *Nim est sub* **N**on quidem est sub reatu culpæ lethalis,
sed venialis solummodo. Quia in *c. veru*,
culpa lethalis de iur. c. Pontifex decidit non esse puniendos
tanquam pro mortali crimine iuramentum
metu extortum non observantes. Indicat ergo
non esse lethale crimen. Sic Angel. *v. iura-*
mentum, 5. n. 9. & 10. & alij ab ipso relati, & à
Lessio l. 2. c. 42. dub. 6. n. 30. Qui quidem abso-
lutè loquuntur, siue materia sit grauis, siue levis.
²⁵⁸ *Est sub reatu* **E**st sub culpæ lethalis reatu, si sit grauis ma-
terialis culpa. Quia in materia graui se infide-
lem ostendere, grauis est plane irreuerentia.
Nec ab hac gravitate excusare potest metus
iniustus, cum Deus illum non intulerit. Ità D.
Thom. 2. 2. q. 89. a. 7. ad 3. Valent. ibi. d. 6. q. 7.
pun. 4. Nauar. sum. c. 12. n. 14. Couar. 4. decret.
p. 2. c. 3. §. 5. nu. 4. Lessi. citat. n. 39. Sanch. lib. 3.
sum. c. 1. n. 18. Suar. l. 3. de iur. c. 16. n. 18. Bo-
nac. 10. 2. d. 4. q. 1. punct. 9. n. 3. Palaus 10. 3. r. ult.
14. d. 1. punct. 4. n. 12.

²⁵⁹ *Hæc ferè cer-* **F**erè certum existimo sub lethalis culpæ
tum esse reu. reatu esse huiusmodi iuramenti obligationem.
Quia quavis metus imminuat respectu ho-
minis obligationem, illam tamen respectu
Dei non minuit. Nec textus in eo *c. Verum*
probat oppositum. Non enim de culpa egit,
sed de sola transgressoris pœna, volens eum
non puniendum ita acriter, ratione iniuriæ rep-
ertæ in eo iuramento.

PROBL. XXXIX.

*Obligatur quis, & non obligatur iuramen-
to præstito redeundi ad carcerem, quan-
do carcer iniustus est, aut probabiliter ti-
met, se iniuste fore diuexandum.*

²⁶⁰ *De quo qua-* **S**i carcer iustus sit, neque timeas, te iniuste
sia procedat, diuexandum, nemini dubium esse potest,
exponit, te obligatum esse. Quia reditus huiusmodi ho-
nestus est: & fidelitati, & Religioni, & iusti-
tiæ debitus. Vnde solum esse controversia,
quando carcer iniustus est, aut times probabi-
liscob. & Mend. Theol. Moral. Tom. IV.

liter, iniuste esse diuexandum.

²⁶¹ **Q**ui iuramentum huiusmodi præstitit, non
obligatus est in hoc casu ad carcerem redire. Non obliga-
tur redire ad
carcerem.
Quia secluso iuramento, iure charitatis pro-
pria tenetur vitæ fugere periculum. Ergo
iuramentum de non fugiendo, sed potius de
redeundo ad carcerem illicitum est, cum sit de
re charitati propriæ contraria. Et quia talis
ad carcerem reditus subministrat Iudici ini-
quo iniquæ diuexationis inferendæ occasio-
nem: Ergo non est licitus, & honestus: Ergo
iurari non potuit. Nec & actus fidelitatis,
quia non debetur fides illam inique expo-
stulanti, neque fortitudinis, vitam sic iratio-
nabiliter exponere: Ergo nullam habet hone-
statem: Ergo non obligatur implere, sed po-
tius non implere tenetur. Sic Nauar. sum. c. 12.
n. 18. Reginald. l. 18. n. 62. Valq. 1. 2. d. 74. c.
5. n. 5. Gutier. p. 1. de iur. c. 57. n. 24. Basil. l. 12.
de mar. c. 8. n. 20. Plaza de delict. l. 1. c. 22. n. 6.
Couar. l. 1. variar. c. 1. n. 7.

²⁶² **O**bligatus est, ad carcerem redire, nisi iura-
menti petat relaxationem. Quia reditus ad
carcerem factus ex fine observandi fidem iu-
ramento stabilitam actus est veritatis, forti-
tudinis, & patientiæ. Neque inde censeri quis
debet, se interimere, seu vitam prodigere: sed
solum censeri debet, se vitæ periculo exponere.
Quod quidem ex iusta & rationabili causa sæ-
pe fieri debet, vt bene Lessi. l. 1. c. 9. dub. 6. Ad-
do, ex observatione iuramenti nō se illum pro-
priæ conticere in vitæ periculum, quod antea
iam habebat, quodque dato iuramento sus-
pensum fuit. Non igitur potest à iuramenti ob-
servatione excusari. Ita Tolet. l. 4. sum. c. 12. n. 2.
Bonac. tom. 2. d. 1. q. 1. punct. 9. n. 2. Suar. l. 2. de iu-
ram. c. 10. n. 24. Sanch. aliis relatis l. 3. sum. c. 11.
n. 31. Lessi. l. 1. c. 4. 2. dub. 6. n. 18. Palaus tom. 3. r.
14. d. 2. punct. 4. n. 14.

²⁶³ **P**rofectò secluso iuramento, scio, quemlibet
esse obligatum periculum iniustæ mortis, alte-
riusve æquivalentis mali fugere: sed posito iu-
ramento ad id obligatum esse affirmo. Quia
posito iuramento, & fide data, est actus vera-
citatæ, fidelitatis, & Religionis: vel potius
charitatis propriæ quo quis vult proprium
honorem in promissis fideliter observan-
dis, tueri. Monuerim tamen, si cum quis iu-
rauit redire, non præuidit, in reditu talem esse
periculum, quod postea esse cognouit: minime
ad redeundum obligatur. Quia non est cens-
endus obligatus ad reditum alium ab eo, qui erat
sua in estimatione, cum iurauit. Quod à fortio-
ri procedit, casu, quo iurasset redire, subintelle-
cta conditione, si reditus non fuerit periculo-
sus. Quia iuramentum non extenditur ultra
iurantis intentionem. Didici ex Snario l. 2. c. 10.
n. 16. & Santio l. 3. sum. c. 11. n. 34.

PROBL. XL.

*Huiusmodi Iuramentum redeundi ad carcerem,
Episcopus poterit, & non poterit relaxare, si
Iuramentum fuit iniuste expostulatum.*

²⁶⁴ **P**otest Episcopus relaxare iuramentū redeū-
di ad carcerem, in quo reditu sit graue vitæ
periculum, non solum quando fuit id iuramen-
tum per iniquitatem extortum, sed etiam cum
fuit iuste expostulatum. Quia ob ius con-
seruandi vitam poterat iurans, secluso
iuramento.
M 3

iuramento fugere carcerem, & mortem iustam: Ergo posito iuramento, solum videtur teneri Deo, non Iudici, & custodi: Ergo potest ab Episcopo iuramentum relaxari. Sic Manu. tom. 1. sum. cap. 40. num. 3. si dare iuramentum custodis sartiatur Ludon. Lop. p. 1. in Bruti. c. 47.

²⁶⁵ Cum iuramentum est iuste expositum, quia nec carcer est iniurius, nec timetur poena iniuste sufferenda: non potest Episcopus hoc iuramentum relaxare. Quia talis relaxatio seu remissio derogat ius Iudicis, ac custodis. Iudex enim, & custos ius habebant iurantem in carcere retinendi: Huic iuri cesserunt ob iuramentum praestitum: Nequit ergo iuramentum tolli, sicut neque ius, in cuius locum successit, tolli poterat. Ita Palaus tom. 3. tr. 14. d. 2. pun. 4. num. 17. Sanch. l. 3. sum. c. 11. n. 36.

²⁶⁶ Hanc sententiam veriore esse existimo. cum iuramentum fuit iuste expositum. At si inique expositum fuisset, eo quod carcer sit iniurius, vel poena iniusta timeatur: certum est, relaxari ab Episcopo posse. Quia ex vi talis iuramenti nullum est ius parti acquisitum sed solum Deo: qui ob iniquitatem commissam, vel committendam, facultatem Praelatis impendit hac iuramenta sibi facta remittendi. Neque huic relaxationi obstat damnum custodis qui fortè semper est innocens. Quia illud est per accidens, & quocumque capite iniustitia committatur, praestat sufficientem relaxationis causam. Aduerto tamen, cum Sancto & Suario, hanc doctrinam intelligendam esse casu, quo ex relaxatione iuramenti huiusmodi non sequatur scandalum, & nostrae Religionis iniuria. Nam si captiuo inter infideles libertas concessa fuisset sub praestito iuramento redeundi ad captiuitatem: vel pretium suae redemptionis remittendi: proculdubio tale iuramentum, esset obseruandum, nec relaxari posset. Quia esto captiuitas sit iniusta, & iniuste extortum esset iuramentum: at eius obseruatio in bonum commune Fidei, ac Religionis, admodum cedit.

de re iniqua non vincit, nec enim iniquitatis vinculum esse potest: Ergo non potest, huiusmodi iuramentum relaxatione indigere, Ita Sanch. alius relatis l. 1. de spons. d. 12. numer. 2. Palaus tom. 3. tr. 14. d. 2. pun. 6. numer. 6.

²⁶⁹ Fateor, difficile genuinum textum sententiam vnicè defendi debere. Igitur respondeo, in illo casu non esse certum, iuramentum de re illicita fuisse: sed satis dubium; eaque de causa sedes Apostolica erat consulenda, ut dubium prius decideret. Sic exponit Glof. ibi: Suar. l. 1. de iuram. c. 18. n. 12. Sanch. l. 3. sum. c. 9. nu. 13. Ad textum in c. Cum quidam, Innocentius, Felinus, & Cardinalis relati à Couar. de past. p. 2. initio. n. 4. Censent, absolutionem ibi fuisse necessariam. Quia aliquando absque peccato fieri potest, ut quis nec parentes alloquatur, nec illis subueniat: ob huiusque causam relaxatione indigere. Verum hoc non probat iuramentum obligare. Nam esto aliquando absque peccato fieri possit parentes non alloqui, nec eis subuenire, cum id in eorum utilitatem non cedat, sed potius in damnum: at quia semper melius est, eos alloqui, etiam nulla obligatione vigente: ideo iuramentum, quod in hominum utilitatem non cedit, obligare non potest. Quia est maioris boni impedimentum, praecipue cum supponat Pontifex iuramentum de re illicita esse: siquidem dicit illicitum esse ac contrarium rationi. Vnde respondeo, verbum absolventi in illo textu positum esse pro absolutione declaratiua nullitatis iuramenti, non pro absolutione iuramenti absolutione. Addit Suarius, dici posse iurantes rem illicitam absolventes esse, si ipsi petant: non quia necessaria sit absolutio, sed ut eorum scrupulo satisfaciatur: sicut datur privilegium petendi illud, etiam ubi non est necessarium. Consentit Basil. l. 12. de spons. sal. c. 8. num. 14. & 15.

PROBL. XLI.

Iuramentum, quod fit de re illicita, indiget, & non indiget relaxatione.

²⁶⁷ Indiget quidem. Quia cap. venerabilem. 34. de elect. §. idem etiam de quodam, qui Regnum sibi usurpauit contra iuramentum factum, dicitur, ad plenam illius excusationem non valere allegationem de iuramento illicito. Quia debebat prius sedem Apostolicam consulere. Sentit ergo Pontifex; iuramentum de re illicita esse relaxandum. Et c. Cum quidem, 12. de iureiur. §. illi vero, dicitur, eis, qui iurauerunt, non loqui patri, vel matri, neque eis subuenire absolventes esse ab illius obseruantia iuramenti, cum illicitum sit: Ergo illicitum iuramentum indiget planè relaxatione. Sic nonnulli Recentiores textuum cortici haerentes, nec sensus haud facilis medullam rimantes.

²⁶⁸ Minimè indiget. Quia relaxatio est ad tollendum iuramenti vinculum: At iuramentum

PROBL. XLII.

Iuramentum de non ludendo absolute sumptum, est, & non est obligatorium.

²⁷⁰ Vplicitè iuramentum non ludendi potest demitti suppono, vel absolute, vel sub aliqua determinatione. Porro si absolute praestetur, non obligat. Quia non est de materia licita: ludus enim moderatus tum in tempore, tum in quantitate ob leuamen naturae assumptus actus est virtutis Eutrapeliae, iuxta D. Tho. 2. 2. q. 16. §. a. 1. in corp. sed illud iuramentum sic absolute sumptum hunc ludum excludit: Ergo non est obligatorium. Sic Navar. sum. cap. 12. num. 11. Manu. tom. 1. sum. c. 89. num. 10. Monent tamen id, quod omnino certum existimo, nempe obligatorium esse saltem quoad abstinendum à Ludo immoderato. Quia secundum hanc partem est de re licita, & honesta. Itaque hi Doctores affirmant iuramen-

Sect. II. De Præcepto II. Problemata. 139

mentum in hoc sensu esse accipiendum, nempe de non ludendo ludo immoderato, ac periculo. Quia debet fieri interpretatio, ut minorem, quoad fieri possit, obligationem inducat iuxta leg. *Quidquid adstringenda sunt de verborum oblig.* Igitur iuramentum absolute prolutum de non ludendo includens ludum moderatum non est obligatorium.

271 *Obligatorium est.* Etiam si comprehendat moderatum honestum ludum, obligatorium est iuramentum de non ludendo. Quia licet moderatus ludus actus virtutis sit: at perfectior actus virtutis esse potest ob continentiam, ac carnis mortificationem hac recreatione honesta carere. Ita Sanch. l. 1. de sponsal. d. 4. num. 4. & 5. & l. 3. sum. cap. 18. num. 2. & 3. Bonac. to. 2. d. 4. q. 1. pun. 16. num. 4. Palaus to. 3. tr. 14. d. 2. pun. 7. §. 1. num. 3.

272 *Hoc verius mihi.* Hoc verius crediderim. Nam sunt aliqui actus virtutis, à quibus abstinere perfectior actus virtutis est: ut matrimonium, comestio ciborum saluti vitium, cum amicis politice conuersari: à quibus abstinere ob rectum finem perfectius proculdubio est. Idem de iuramento dixerim: Ergo absolute sumptum comprehendens etiam ludum moderatum & honestum, obligatorium est.

PROBL. XLIII.

Validum est, & non est validum iuramentum non mutuandi: nec fideiubendi.

273 *Non est validum.* Non est validum. Quia mutuare, ac fideiubere opera sunt misericordie, & charitatis, & aliquando ex præcepto: Ergo iuramentum de illis non præstandis non potest esse de re licita, & honesta: Ergo est prorsus inualidum. Sic Suar. l. 2. de iuram. cap. 17. num. 11. Sanch. alios referens l. 4. de voto, cap. 9. num. 18. Gutier. de iuram. p. 1. cap. 72. num. 5. Nauar. cap. 11. num. 16. Couar. de pact. p. 1. §. 6. num. 7. Abbas. ad cap. si vero, de iur. iur. num. 9.

274 *Validum est.* Validum est. Quia potest esse de re licita & honesta: scilicet cum præstatur ob commoditatem propriam, ne ex mutuatione, aut fideiussione grauem iurans iacturam patiat, ut sæpe contingit: Ergo obligatorium est. Fateor generaliter loquendo maius bonum esse mutuare, ac fideiubere, præcipue cum aliqua non levis necessitas proximi vrget. Attamen absolute res honesta est propriam præferre commoditatem, nec cum graui suo dispendio quis tenetur maius exequi bonum. Item emitti potest in utilitatem tertij, nẽpẽ vxoris aut filiorum creditis: quod seruandum omnino. Ira docti Neoterici in manuscriptis. Quorum sententiam haud omnino carere probabilitate crediderim.

275 *Auctoritas resolutio.* Ego autem sic questionem dissoluo. Prima sententia vera, ac communis est, sed indiget explicatione. Debet enim in his iuramentis spectari finis, & persona: ex illis enim valor, vel nullitas iuramenti colligenda est. Si finis sit Dei honor, hæc iuramenta irrita sunt facta absolute; quia sic non cedunt in eius honorem, cum obstant operibus præcepti, consilij ac pietatis. Si finis sit propria commoditas, ne

scilicet ex mutuatione, aut fideiussione grauem iurans rei familiaris iacturam patiat: fateor, finem esse honestum, sed quia generaliter loquendo, maius (ut dicebam) bonum est mutuare, ac fideiubere maxime cum proximi vrget necessitas: ideo existimo neque in hoc calu obligatorium esse iuramentum, quia maiori bono priuat. Si demum finis sit tertij utilitas, distinguo ante illius acceptionem, & post illam. Ante acceptionem reuocare pro libito iurantis iuramentum potest: post acceptionem, tenet; quia iuramentum in utilitatem tertij factum, & ab eo acceptatum seruandum est. Si verò spectetur iurantis persona, potest adesse, & non adesse iuramenti obligatio. Clericis enim in sacris interdicta est fideiussio pro laicis nisi in casu necessitatis: cap. Te quidem, 11. quesi. 1. lex 45. tit. 6. præst. 1. & cap. 1. de fideiussor. Credo tamen non esse peccatum lethale, vna vel altera vice pro laico fideiubere etiam sine necessitate; quia cap. 1. de fideiussor. frequentiam fideiussionum interdicat. Iuramentum igitur non fideiubendi in Clerico sacris initio absolute est inualidum, cum possit fideiubere in laici necessitate, & etiam pro Ecclesia sua fideiubere potest. Authen. de sanctis Episc. §. præ omnibus, collat. 9. Verum si iuramentum cum limitatione fiat, non fideiubendi pro laico, validum est & firmum; quia est iuramentum de re sibi præcepta. Nec opus est, casum necessitatis excipere; quia iam exceptus subintelligitur. Ad hæc reduci possunt iuramenta, quæ frequenter mercatores emittunt de non emendo auctiori pretio, vel non vendendo viliori: quæ minimè obligatoria sunt. Quia neque in Dei honorem cedunt, nec in proximi utilitatem. Ad summum cedunt in utilitatem propriam, cui ipse iurans, facile cedere potest. Sanch. l. 3. sum. cap. 9. num. 15. Bonac. to. 2. d. 4. quæst. 1. pun. 4. num. 2.

PROBL. XLIV.

Medici tenentur, & non tenentur seruare iuramentum præstitum morendi ægrotum, solum quando infirmitas vitæ indicat periculum.

Plus V præscripsit, ut Medici cum eis facultas medendi conceditur, iuramentum præstent, morienti infirmum ut constiteatur. Difficultas autem huius legis est, quæ infirmitas esse debet, ad cuius curationem, iuxta constitutionem illam super gregem, editam anno 1566. die 8. Maij, Medici procedere non debent, quin ægrotum moneant de confessione gerenda.

Tenentur iuramentum implere solum quando ægrotus vitæ indicat periculum. Quia seculo hoc graui periculo etiam Medici timorati non admonent infirmum de confessione faciendâ: sæpeque in febribus malignis vno vel alio die medicamenta applicant quin hanc monitionem præmittant. Non igitur intelligi debet de quacumque periculosa infirmitate, sed de ea, quæ proximum periculum affert: in hac enim solummodo vrget ratio legis, ne ægrotus sine confessione è vi-

M 4. 5a

ta discedat. Sic Nauar. cap. 25. sum. num. 61. Graf. p. 1. decis. l. 3. cap. 14. num. 7. Manu. 10. 1. sum. cap. 246. Rosel. v. Medicus, num. 3. Angel. ibi, num. 8. dicens. Quod periculum solum contingit, quando ratione eius tenetur aeger praecepto diuino confessionis.

278 Tenetur iuramentum implere non solum quando vitæ instat periculum, sed quando infirmitas ex se lectum petit, etiam si periculum proximum mortis non imminet. Quia Innocentius III. in cap. Cum infirmitas, depunit. & remis. statuit: *Presenti decreto statuimus, & precepimus*, iunctis his, quæ dicit Pius V. in sua constitutione, se nolle hoc tam salubre præceptum ulla temporis præscriptione aboleri. Quæ denotant nouum præceptum ferri. Medicosque obligare ad aliquid aliud ultra obligationem, quam habent ex iure diuino ægroti, quæ quidem obligatio indicta Medicis nulla temporis præscriptione aboleri potest. Constatque ex ratione decidendi cap. Cum infirmitas, quæ est, ne cum infirmi admonentur, existiment, se iam esse in mortis periculo, & tristitia affecti facilius mortis periculum incurant. Supponit ergo Pontifex debere monitionem fieri antequam aeger in hoc periculum deteneatur. Ità Sanchez l. 3. sum. cap. 16. num. 7. Suar. tom. 4. in 3. part. d. 35. sect. 3. num. 4. Caiet. sum. v. Medicus, ad finem. Bonac. tom. 2. d. 4. q. 1. punct. 16. num. 10. Tabie. v. Medicina, quæst. 11. num. 3. Syluest. v. Medicus, quæst. 3. dicto 3. Palasus tom. 3. tract. 14. d. 2. punct. 7. §. 4. num. 3.

279 Existimo, secundam sententiam germanum decretorum illorum sensum, & rationem Pontificum attigisse: ac proinde præferendam esse. Hoc autem dixerim, spectato iuris rigore. At si consuetudinem spectem, credo, in Hispania hoc decretum consuetudine esse derogatum: Video enim medicos timoratos inuisere infirmos graui morbo affectos, quin de confessione gerenda moneant, quovisque periculum mortis videant imminere: neque exigunt (iuxta Pij constitutionem) testimonium in scriptis de confessione facta, neque potest eis illo decreto lata imponuntur. Quocirca cum iuramentum emittunt Medici seruando Pij V. decreto intelligi debet prout decretum vñ est receptum: vt Monent Suar. & Santius ubi supra. Ego autem aduerto, opus non esse, vt Medicus per se ipsum infirmum admoneat, sed sufficienter satisfacere, si per interpositam personam id gerat.

PROBL. XLV.

Ex Iuramento facto Decuriones, vulgo Regidores, Iurados, tenentur, & non tenentur, peccata publica sub mortali inquirere.

280 **H**I quidem iuramentum emittunt prospiciendi bono communi Reipublicæ, & munas suum fideliter obeundi. Quæserim, an ex vi huius iuramenti teneantur decuriones sub mortali peccata publica inquirere?

281 Tenentur planè inquirere, an sint publici concubinarij, an mensæ ad ludum expositæ adsint: mulieres mediatrices, maleficæ: num vigent rixæ, iurgia, odia, & alia similia, quæ Reipubli-

cam inficiunt; & facta inquisitione obligati sunt Iudici denunciare, vt remedia adhibeat: Quod si in his gerendis notabiliter negligentes fuerint peritij mortalis erunt rei. Quia iuratur prospicere commune Reipublicæ bonum; imò etiam si id iuramentum non emisissent, sui officij id postulare ratio. Sic Petr. Nauar. de resit. l. 1. cap. 3. d. 3. num. 20. Manuel. tom. 2. sum. cap. 28. num. vni. in 4. interrogat.

Non tenentur. Quia iuramentum illud propiciens bono communi Reipublicæ, non est intelligendum de spirituali bono, sed de temporario, quale est, vt populus recte provideatur, pretia rerum venalium non sint excessiua, nè Ministri publici iniuriam ciuibus inferant, nè grauentur latrones, sed viæ publicæ sint tutæ, et si alicubi pestis vigeat, Ciuitas custodiatur. &c. Ita Sanchez l. 3. sum. cap. 14. num. 16. affirmans se consuluisse peritissimos Aduocatos Regiæ Cancellariæ Granatensis: omnesque respondisse, Decuriones (seu Regidores) ex proprio officio, (& iuramento consequenter) solum teneri prospicere bono publico, ac temporali Reipublicæ: Non autem peccata publica inquirere, ac denunciare. Consentit Palasus tom. 3. tract. 14. d. 2. punct. 7. §. 4. num. 2. Azenedo in Curia Pisana l. 2. c. 3. num. 1.

Eiusdem sum sententia. Quia præcepta non sunt multiplicanda, vbi clare de illis non constat. Et quia forma iuramenti quam hi Decuriones præstant, nec verbum continet, ex quo appareat teneri eos publica piacula inquirere, ac denunciare.

PROBL. XLVI.

Ex iuramento tenentur Decuriones (seu Regidores) vincti quatuor Iurados) Auditores Regij &c. & non tenentur sub mortali, seruare secretum eorum rerum, quæ in Consistorio, aut Aula tractantur.

284 **I**urant etiam Decuriones & Auditores Regij secretum seruare eorum rerum, quæ in Consistorio, vel Regia aula tractantur. Tenentur hi sub mortali hoc Secretum non reuelare. Quia id pertinet ad rectam Reipublicæ, aut Curie gubernationem, & exigit iuramenti religio. Sic absolute D. Antonin. p. 2. tit. 10. cap. 8. §. 3. Nauar. sum. cap. 11. num. 23.

Non tenentur sub mortali absolute. Quia Secretorum levis momenti reuelatio nullatenus grauem culpam inducit, nec Reipublicæ aut Curie graue infert damnum, nec iuramenti religionem grauius offendit. Ità Sanchez l. 3. sum. cap. 14. num. 5. Palasus tom. 3. tr. 14. d. 2. punct. 7. §. 5. num. 3.

Profecto iuramentum hoc seruandi secreti, ea, quæ in congregationibus tractantur, quæ le facient vrbium, ac oppidorum Rectores, Auditores, & quidam alij publici Ministri, minimè obligat sub mortali in quavis re modica. Sed iuxta materiam quæ deregitur, culpa est iudicanda Si enim

Secl. II. De Precepto II. Problemata. 141

da. Si enim ea sit gravis momenti, detectio erit mortalis: si autem levis, venialis erit. Atque idē iudicio, et si aliquod speciale secretum iuret quisquam se seruaturum. Nec enim erit mortalis transgressio, sed venialis, si levis momenti id secretum existat. Et sic intelligo Antoninum, & Nauarrum. Lege Santium l. 3. cap. 4. num. 23. vbi probat, solam culpam venialem esse transgressionem iuramenti in re leui, siue res illa sit totalis, siue partialis iuramenti materia.

PROBL. XLVII.

Procuratores, scribae, alique officiales Curiae tenentur, & non tenentur seruare iuramentum emissum de seruanda taxa sibi à Rege praescripta, vulgò el Arancel.

¹⁸⁷ *De taxa officialium Curiae.* Scio ferè omnes Ministros Curiae clamare, esse taxam illam magna ex parte consuetudine derogatam: in cuius confirmationem allegant, praeia rerum post illam taxam notabiliter excreuisse, ita vt se, suamque familiam sustentare non valeant, si taxae iuramentum obseruent. Certè ab obseruatione taxae nullus poterit excusari nisi ob contrariam consuetudinem. At vsque modo nulla est equidem consuetudo contraria. Nam si aliqui taxam excedunt, clam accipiunt Republica minimè consentiente. Vndenam ergo allegare contrariam poterunt consuetudinem? Item omnibus hisce Officialibus praescriptum est, vt in fine cuiuslibet scripturae salarium pro illa acceptum apponant. Si ergo abundans accipientes diminutum apponunt, clarè ostendunt excessum à Republica non permitti. Quo ergo titulo illud habere possunt? Attamen gratis admitto, taxam hodie esse iniustam: vel consuetudine esse derogatam: & requiro, vtrum ob iuramentum de illa seruanda emissum, illi officiales tenentur illam seruare, ita vt perituros taxae violator existat?

¹⁸⁸ *Tenentur seruare iuramentum.* Tenentur planè. Quia illud iuramentum est de re honesta, ac licita, cedenteque in magnam litigantium, ac Reipublicae vtilitatem; sed esto taxa iniusta sit, adhuc iuramentum est seruandum. Quia iurans latroni cogenti se daturum nummos, tenetur solvere, etsi inique latro exigat, eo quod id iuramentum licitè obseruare valeat. Cum ergo iuramentum seruande illius taxae possit licitè obseruari, obligabit vtrique, etsi iniuste exigatur. Sic viri doctissimi, quos consului, & quorum sententiam admodum esse probabilem cenleo.

¹⁸⁹ *Non tenentur.* Non tenentur. Non quia ad illud iuramentum seruandum sese illi obligare non poterant, sed quia censendi sunt, non voluisse se obligare. Cum enim quis aliquam legem seruandam iurat, iurat eam seruare eo modo, quo recepta est, & sub ea obligatione. Quia iuramentum est legi accessorium, & illius obligatione volunt illi legis obligationem firmare. Si igitur lex nullam inducit obligationem, quia est derogata: aut solum obligationem legem: iuramentum de illius obserua-

tione eandem, vel nullam obligationem habebit. Ita loquens de scribis Sanchez l. 3. sum. cap. 14. num. 4. Palaus to. 3. rr. 14. d. 2. pun. 7. §. 5. num. 5.

Ego autem cum his sentiens affirmo ex iuramento non teneri, quādo probabiliter iudicetur, a viris doctis esse successu temporis taxa illa (seu el Arancel) minus sufficiens ad officialium sumptus, & ideo iniustum. (Quod quando eueniat ex multis pendet ad poenitentiae tribunal pertinentibus circumstantiis, sed in casu, quo ita esset, tractamus.) Ratio est, quia iuramentum seruandi statuti intelligitur, quatenus illud iustum est, & obligatorium. Non ergo obligabit iuramentum ad eam taxam, quatenus est iniusta. Nec obstat argumentum de iuramento latroni facto. Quia latro petit, vt ea pecunia non sibi debita sed iniuste extorta sibi promittatur. At auctoritas publica suo munere fungens non petit iniuste iuramentum: nec legis, quatenus iniusta est; sed id iuramentum exigere censetur seruandae legis, quatenus iusta est, ac vim obtinens obligandi.

PROBL. XLVIII.

Contractus vllus inualidus, potest, & non potest iuramento firmari.

²⁹¹ *Nullus contractus inualidus firmari potest iuramento.* Non potest firmari iuramento inualidus contractus vllus. Quia iuramentum eam vim non habet nec ex iure naturali, nec ex civili Regio, aut Pontificio. Ergo confirmare contractum iure inualidum minimè potest. Antecedens probò. Ex iure naturali id non habere, est manifestum, quia iuramentum solum petit, vt iurans verum efficiat, quod iurat, quod praestare optime potest, etsi contractus inualidus persistat. Aliàs si ex sua natura haberet, firmitatem contractibus, tribuere eam concederet contractibus per iniuriam extortis. Ex iure item civili nullibi inuenitur, iuramentum eam vim habere: imò contrarium non leuiter colligitur ex l. 3. Non dubium. C. de legib. Vbi Imperator non solum prohibet apponere iuramentum contractibus lege probatis: sed illud irritat, & annullat. Inquit enim: Nullum pactum, nullam conuentionem, nullum contractum inter eos videri volumus subsistentem, qui contrahunt lege contrahere prohibente. Quod ad omnes etiam legum interpretationes tam veteres, quam nouellas trahi generaliter imperamus. &c. Secundum itaque praedictam regulam, qua vbiunque non seruari factum lege prohibente censuimus, certum est, neque stipulationem huiusmodi edhere, nec mandatum vllius esse momenti, neque Sacramentum admitti. Quid clarius dici potuit, ad probandum Sacramentum, seu iuramentum non admitti ad contractus reprobatos firmandum? Denique ex iure Pontificio non satis haec firmitas colligitur. Quia esto ius Pontificium diuersimode loquatur de iuramento per iniuriam extorto, ac de iuramento absque vi, & fraude praestito vt iuramentum per vim dicat esse obseruandum, & iuramento sine vi, & dolo

dolo addat particulam, omnino & inuolabiliter inde non constat. Pontificem firmasse contractus alioquin inuolabilem: sed voluisse his iuramentis negare relaxationem, quam aliis iuramentis ob iniuriam & iniustitiam, concedebat sic multi Doctores, quos refert Sanch. l. 3. sim. c. 12. num. 8. & sequitur Basil. Legione. 12. de spons. cap. 8. num. 43.

292
Eos firmare
possi.

Iuramentum firmare potest contractus iure inuolabile ob utilitatem priuam, dummodo non sit in creditore turpitudine. Quia si contractus alioquin inuolabile iuramento non firmatur, & relaxari iuramentum poterit: & casu quo non relaxetur, non transibit obligatio contractus ad heredes iurantem. At contrarium colligitur ex Authent. *Sacramenta puberum*, & ex cap. 2. de iureiur. in 6. & ex cap. *Quamvis pactum*, & pact. in 6. & ex c. *Cum contingat*, de iureiur. In quibus casibus receptissima Doctorum sententia est, relaxari iuramentum non posse, & obligationem contractus ad heredes iurantem transire. Ergo iuramentum hanc vim confirmandi contractus alios inuolabiles habet. Item si iuramento contractus alioquin inuolabilis non confirmatur, cogendus necessarius debet is, cui iuramentum praestatur, ut remittat: Quia est praestitum in contractu nullo, & inuolabile, & consequenter ex quo nullum ius acquiritur. At nec leges, nec canones talem insinuant remissionis obligationem: Ergo dicendum est contractum confirmari. Ita Sanch. l. 3. cap. 12. num. 11. Pachinaeus in controuers. l. 3. cap. 11. Gutier. de iuram. p. 1. c. 40. num. 3. & Authent. *Sacramenta puberum*, a. n. 10. & innumeri apud ipsos.

293
Cum his opi-
nor, senten-
tiamque ma-
gi expono.

Ego quidem maxime propendebam cum Palao tom. 3. tract. 1. d. 2. p. 9. §. 3. num. 4. inprimam sententiam, quam valde probabilem reputat Suar. tom. 2. de Relig. l. 2. de iuramen. cap. 29. num. 1. sed quia aduersus illam grauiter uigent textus alij: mediam tero uiam, distinguens inter contractus inuolabiles naturaliter, vel ciuilitate. Contractus inuolabiles naturaliter, hoc est quia iure positio impediens, naturalem obligationem non producant, censent iuramento confirmari non posse: bene tamen illos, quibus sola obligatio ciuilis defuit. Moueor, quia quod nullam vim habet, confirmari nullatenus potest: ideo enim promissio usurarum haud potest firmari iuramento, quia nulla est, nec naturalem obligationem gignit: deinde ius partis non provenit ex iuramento, sed ex promissione; alias si iuramento soluendi usurarius parti esset acquisitus, & in promissione valida iurata duplex obligatio iustitiae respectu hominis esset: alia, quae nasceretur ex promissione, alia quae nasceretur ex ipsa ut iuramento affecta ultra obligationem Religionis in ordine ad Deum. Quod quidem est contra omnes Doctores supponentes ut certum, in iuramento promissorio duplicem tantum obligationem esse, unam respectu hominum, aliam respectu Dei. Ergo iuramentum cadens super promissionem irritam, ac nullam, qualis est promissio instituendi hunc heredem, aut soluendi pecuniam ludo prohibito acquisitam, nequaquam ualebit tribuere firmitatem. Quod si obicias textus in Authent. *Sacramenta puberum*, & c. *Cum contingat*, de iureiur. & c. *Quamvis pactum*, de

pactis, in 6. ex quibus colligitur contractus alioquin inuolabile iuramento firmari: respondeo, non firmari directe, sed indirecte, quatenus firmatur iuramento promissio non retractandi illos contractus: quae promissio naturalem obligationem parit cum non sit a legibus reprobata: esto non sit ita firma, quin iudicis officio mutari possit. Iuramentum ergo non afficit illos contractus alienationis fundi dotalis, renunciationis legitimae in se; quia sunt omnino inuolabiles; sed afficit promissionem non contraueniendi illis. Quae promissio res distincta est ab ipso contractu: atque adeo iuramentum reddens illam promissionem firmam, & immutabilem: ex consequenti reddet contractum omnino firmum. Secus uero est, quando promissio non contraueniendi non distinguitur ab ipso contractu: ut est promissio non reuocandi testamentum, instituendi aliquem heredem. Quia tunc cum iuramentum non cadat super promissionem inducentem obligationem naturalem, non reddit contractum firmum. Mecum Lessius l. 2. cap. 17. dub. 5. num. 56. Suar. l. 2. de iuramen. cap. 29. numer. 3. Rebel. pun. 2. de oblig. iust. l. 1. quae. 9. n. 2.

PROBL. XLIX.

In obligatione iuramenti potest, & non potest dari compensatio.

Q Væstio est, an promittens uerbi gratia sub iuramento pecuniam soluendam possit uti compensatione tantum debiti, & sic a solutione ac periurio excusari? Minime potest. Quia c. *Ad nostram*, de iureiurando, el. 1. accipientes mutuo pecuniam, & concedentes creditor in pignus quasdam possessiones, iurarunt, nullum grauamen se esse illaturos circa eas possessiones & redditus, quousque ei mutuam pecuniam persoluerent. Quo iuramento non obstante, ante quam creditor mutuam pecuniam perciperet, excommunicatione eo actus est, possessiones & redditus in pignus sibi datos reddere mutuariis. Summus uero Pontifex mandauit Archiepiscopo Rothomago, quicenusuram tulit, ut eum ab excommunicatione absoluat, accepta prius ab eo sufficienti cautione. Deinde mandauit, ut mutuarij restituant redditus & possessiones mutuanti, quousque pecunia mutuata persoluitur, ne in periurio perseuerent, molestiam mutuanti inferentes. Postremo praecipit, ut postquam pecunia fuerit integre soluta, mutuantem moneat, ut quidquid ultra sortem constitit recepisse, id totum mutuariis restituat. Quod si parere noluerit, iterum excommunicationis sententia innodetur: quousque opere compleat. Hæc in illo cap. Ex quo infero iuramentum absolute soluere debitum, ut non posse compensatione, neque ei debitis iuratis suffragi hanc posse exceptionem: si quidem iis mutuariis non permittitur, computare in sortem fructus, quos mutuos ex pignore sibi dato recepit: sed eis praecipitur pecuniam soluere, sicut iurarunt: & quod postea recipere possint, quidquid ultra sortem constitit mutuantem recepisse Sic Innocent. Ioan. Andre.

Secl. II. De Præcepto II. Problemata. 143

dre. Anton. Felin. & alij ad c. Administram. el. 1. de iur. iur. quos refert, ac sequitur Gutier. 3. p. de iuramen. cap. 6. num. 5. & 7. Qui quidem aliis testibus, ac rationibus sententiam hanc eruditè comprobant.

295
Potest plane.

Potest plane iurans solvere debitum uti compensatione eamque exceptionem potest apponere, cum debitum solvere imperatur. Quia lege 4. §. soluisse ff. de re iudica. dicitur: soluisse accipere debemus non tantum eum, qui soluit, verum omnem omnino, qui ea obligatione liberatus est, sed compensans debitum liber manet ab illius solutione leg. si amos ff. de compensat. l. si peculium. 1. §. de ill. vers. Quid si heredi. ff. de statuliberis. ubi seruus quilibet efficitur, traditis decem heredibus, si heres totidem seruo debeat, & seruus compenfer, liber manet; quia compensando, censetur tradidisse. Ergo compensans censendus est soluisse; Ergo & vere satisfecisse iuramento. Ita Nauarra l. 3. de testit. cap. 1. p. 4. dub. 9. num. 341. Sanch. l. 3. cap. 17. num. 15. Molina de iust. tr. 2. d. 360. Suar. l. 2. de iuram. cap. 37. num. 9. Sa v. iuramentum, n. 10. Azor. p. 1. l. 1. cap. 8. quest. 10. Bonac. tom. 2. d. 1. quest. 1. punct. 16. Palaus tom. 2. tract. 1. a. d. 2. punct. 10. num. 1.

296
Eiusd. m. sum. m. 151.

Cum his opinor, monens, aliquos Doctores hanc sententiam limitasse, ut procedat in debitis post iuramenti obligationem contractis, secus autem in contractis tempore iuramenti. Nam si tempore, quo quis iurauit creditori solvere, erat creditor & poterat suum debitum alterius debito compensare: & non obstante hac potentia, iurauit, soluturum: clare indicauit compensationi renunciasse. At si post iuramentum contraxit debitum, cum iam res mutata sunt, non videtur ille compensationi renunciasse. Sic Gutierrez apud Palaum citatum, nu. 3. Attamen verius putarim in utriusque debitis illi uti posse compensatione. Quia nostræ sententiæ ratio æque probat, siue debita contractus sint tempore iuramenti, siue post. Et quia necesse non est sic iuramentum habere intentionem compensationi renuncians: sed potius credendum est, ea intentione iurare, quæ sibi utilior, ac commodior est: qualis est intentio soluendi solutione legitima, & à iure approbata.

PROBL. L.

Potest quis, & non potest compensatione uti, si cum iurauit solvere alicui, intentionem habuit, non utendi compensatione.

297
Non potest ea vi.

Non potest illa uti. Quia intentionem habens non utendi ea cum iuramentum fuit emissum, visus est id ipsum iuramento obfirmasse, sicut enim iurans solvere, tenetur solutionem gerere, sic etiam tenetur id iuramentum obseruare impleta simul adhibita non utendi compensatione circumstantia. Sic Bonac. to. 1. d. 4. q. 1. punct. 16.

298
Potest quidem.

Potest quidem, si eam intentionem verbis, aut signis alteri non indicauit, ut ab eo acceptaretur. Quia promissio homini facta etiam iurata minimè obligat antè alterius accepta-

tionem. At promissio illa externa, ob altero acceptata non excludit hanc compensationem, & reuocationem ratione ingratitudinis, nec diuersus iurantis animus illa excludens est illi verbis, aut signis intimatus, ut ab eo acceptetur. Ergo potest iurans retrocedere utendi compensatione illa, & non soluendo ratione sibi fidei violata. Ita Sanch. l. 3. sum. c. 17. num. 16. Palaus tom. 3. tra. 14. d. 2. punct. 10. num. 4.

299
Idem affirmo, & amplius expono.

Proculdubio si iurans, huiusmodi intentionem creditori manifestat, ipseque iuramentum sic sibi factum acceptaret, minimè posset compensatione uti. Quia in eius fauorem hac via soluendi debitum renunciauit: & sic censent plures factum esse in casu c. Ad nostram. 1. de iur. iur. Verum si eam intentionem creditori non declarauit, ei obesse non potest, quominus compensatione utatur. Quia illa promissio sub ea qualitate non utendi compensatione non fuit à creditore acceptata. Deficiente autem acceptatione, in promissione etiam iurata, deficit obligatio, ut doctissime probat Sanch. l. 1. de matrim. d. 7. Neque obstat, creditorem acceptare promissionem sibi factam modo sibi utiliori. At modus (esto sic acceptet) sibi incognitus, & alienus à natura promissionis sibi non est possibilis: ac proinde non potest acceptare promissionem solutionis sub exclusione compensationis, cum talis exclusio sibi non fuerit manifestata; sed potius incognita, sique à communi promittendi ratione aliena.

PROBL. LI.

Cum quis contractum iuramento firmavit, & Iudex Ecclesiasticus relaxet iuramentum ad effectum agendi: potest is & non potest coram ipso Ecclesiastico Iudice de valore contractus litigare.

300
Nonnulla suppono.

Suppono ex c. fin. de foro comper. in 6. posse laicum ratione iuramenti coram Iudice Ecclesiastico conueniri. Quod adeo est verum, ut licet mota lis fugit coram Iudice seculari de contractu iurato, possit nihilominus Ecclesiasticus Iudex adiri, ut cogat partem, ac Iudicem secularem ad iuramenti obseruantiam. Nec ei obici potest litispendentia, ut cum Ioan. Andrea, Maranta, ac Gutierrez docet Sanch. l. 1. sum. c. 13. n. 14. Quæstio verò, num relaxato iuramento per Iudicem Ecclesiasticum ad effectum agendi, possit coram ipso litigari de valore contractus.

301
Potest plane.

Potest plane. Quia Iudex causæ præparantis est causæ præparate Iudex, eo quod vnum ex alio sequatur. At Iudex Ecclesiasticus est Iudex causæ præparantis, nempe relaxationis iuramenti. Ergo est Iudex causæ præparate, nempe rescissionis contractus. Sic Bald. Iason, & alij relati à Conar. l. 1. variar. cap. 4. num. 8. & Gutier. de iuramen. confirm. p. 3. c. 12. num. 6.

302
Minimè potest.

Minimè potest. Quia textus in cap. fin. de foro comper. in 6. solum ob obseruantiam iuramenti concedit, posse laicum coram Iudice Ecclesiastico conueniri. Relaxato autem iuramento,

mento, iap cessat illius observantia, solumque de rescindendo contractu agitur: Ergo solum secularis Iudex cognoscere potest, nisi forte contractus ad forum Ecclesiasticum pertineat. Qualis esset, si controversia moneatur an sit contractus vltarius, simoniacus, vel illicitus, iuxta c. *Venerabilem de electione*. Ita Couf. Guttier. citati Sanch. l. 1. sum. c. 13. num. 15. Palaeus to. 4. tr. 1. 4. d. 2. pun. 11. n. 5.

Hoc longe probabilius esse crediderim addens si Iudex Ecclesiasticus eo quod fuerit Iudex causae preparantis scilicet relaxationis iuramenti: possit etiam esse Iudex causae preparatae: eadem ratione, & fortiori dicere possemus, non solum iuramentum, sed etiam eius haeredes posse conveniri coram Iudice Ecclesiastico, eo quod Iudex sit originis, & causae, unde ille contractus vim habuerit, scilicet iuramenti. Monerim tamen, laicum iuramentum tamen ratione iuramenti apud Iudicem Ecclesiasticum conveniri possit, non tamen ob id forum suum amittere. Quia iuramentum forum non mutat, sed addit forum foro. Quocirca coram Iudice seculari conveniri poterit, ac si non iurasset. Unde poterit coram Iudice seculari de observantia iuramenti agi, etiam si materia feudalitatis existat. Item cogi potest coram illo ad poenam perituri. Demum compellere potest turpe iuramentum recipientem, ut illud relaxet. *Leg. Santium citatum n. 16.*

PROBL. LII.

Potestas civilis, quae potest prohibere iuramentum apponi: potest etiam, & non potest iuramenti semel apposti vires impedire.

304
Quaestio
simus.

DE potestate civili est dubitatio, num possit impedire obligationem iuramenti, antequam praestetur, nam de Ecclesiastica nemini dubium esse potest: cum id factum fuerit in Tridentino sess. 24. c. 26. ubi redditur iuramentum irritum appositum renunciationi bonorum à novitio factae ante bimestre professionem praecedens. Quaeritur igitur, num civilis potestas, quae quidem prohibere valet, ne iuramentum apponatur, possit etiam eiusdem iam apposti vires impedire.

305
Non potest
vires iura-
menti impe-
dire.

Potestas civilis tantum potest prohibere, iuramentum apponi: nunquam tamen impedire vires illius si contractibus alias licitis apponatur, tamen contractus, quibus iuramentum apponitur, irritos, ac nullos reddiderit. Quia iuramenti obligatio est spiritualis: Ergo secularis & civilis potestas nequit de ea disponere. Et quia civilis potestas impedire non potest Ecclesiasticam iurisdictionem. At si vires iuramenti impedire posset, iurisdictionem Ecclesiasticam impediret, cum medio iuramento iurans iurisdictionis Ecclesiasticae efficiatur: Ergo. Sic Couar. de pactis p. 2. §. 1. n. 8. Barbosa l. 1. §. 1. n. 70. & 71. ff. soluto matrimonio. Suar. l. 2. de matr. c. 30. n. 15. Parlador. l. 2. rerum quotid. Oliva ad Bonell. l. 2. c. 13. in notis, lit. A, & P.

306
Potest plane

Non solum civilis potestas valet iuramentum impedire, ne fiat, sed etiam facti vires inhibere. Et sic factum esse in Regno Castellae, & in Re-

gno Lusitaniae testatur Molina to. 1. tr. 2. d. 149. Pinel. leg. 2. c. de rescindenda vendit. p. 3. c. 1. n. 11. Ratio est. Quia lex civilis reddere potest inhabilem ad acceptandam promissionem hac, vel illa forma praestitam: sed absque acceptatione iuramentum promissorium obligationem non inducit: Ergo. Deinde potest lex civilis remittere obligationem eo ipso, quod intentetur. Cum enim iuramentum promissorium non obliget, si is in cuius favorem est praestitum, statim remittat obligationem: eadem ratione non obligabit, si superior nomine ipsius eandemmet obligationem remittat. Ita Sanch. l. 3. sum. cap. 22. num. 10. Lessi. l. 1. cap. 42. dub. 12. num. 5. Bonac. tom. 2. d. 4. quest. 1. punct. 17. num. 1. Pala. tom. 3. tr. 14. d. 2. pun. 3. num. 3. Basil. l. 1. de sponsal. cap. 8. num. 38.

Censeo potestatem civilem non solum posse vires iuramenti impedire, sed de facto in Regno Castellae, & Portugaliae impedisse: Nam in leg. 10. & 11. tit. 1. l. 4. non collect. statuitur sub gravibus poenis imponendis, tum iurantium creditorum, tum Tabellionum, ne contractibus iuramentum apponatur: & si appositum fuerit, annullatur obligatio. Annullata ergo obligatione contractus & personae redduntur inhabiles ad contrahendum, & obligatio omnino remittitur, & materia prohibetur, & incapax obligationis redditur: Cessat ergo iuramenti obligatio. Itaque (ut corruat primae sententiae fundamentum) prohibito, & annullato contractu, iuramentum prohibitum, & annullatum est, ut potest super materiam indebitam cadens.

PROBL. LIII.

Petrus & Antonius litem in arbitrum committunt ut intra certum diem illam decidat, iuramento parendi eius sententiae praestito: si ex communi utriusque consensu dies illa prorogetur, censetur quoque, & non censetur iuramentum prorogari.

PRaeimitto in huius, & innumerum aliarum quaestionum resolutionem duplicem regulam praescribentem, qua ratione iuramentum sit interpretandum. Prima est: Si de intentione iurantis constat, nulla indiget iuramentum interpretatione, ut per se patet: si vero intentio manifesta non est, semper interpretandum est iuramentum, ut servata proprietate verborum, quo ad minus fieri possit obligationem inducat. Quia creaturam adstringi, & obligari ad aliquid determinate gerendum, vel omittendum, odiosum est, & grave. Secunda est: Iuramentum restringendum est iuxta naturam actus super quem cadit. Unde omnes restrictiones ac conditiones, quas propositum, aut promissum habet ex iure, vel ex recepta consuetudine, omnes illas habere censendum est iuramentum. Quia accessorium, quale est iuramentum, sequitur naturam principalis cui adiungitur, iuxta reg. iuris 4. in 6. His praemissis, quaeritur, an in casu proposito, prorogatio sententiae die iuramentum etiam prorogari censetur?

Censetur prorogari. Quia prorogatio illa sententiae

Secl. II. De Precepto II. Problemata. 145

Conferatur pre-
rogatum illud
iuramentum.
sententia, sine diei, quo sententia ferenda est
videtur facta contra omnibus qualitatibus, &
clausulis illius rei, quæ prorogatur l. *lecta*, ff. si
certum petatur. l. *Legem*. Cod. Locari. Sic non
nulli apud Couarde *partis p. i. initio*, num. 6.

310 Non censetur prorogatum illud iuramentum, & ideo neuter tenetur ex vi illius parere
Non censetur
prorogatum.
sententia arbitri lata post diem ab initio con-
stitutum, sed ex vi solius simplicis promissio-
nis. Quia cum finito die in compromisso con-
stituto extinguenda esset prius illa conuen-
tio, & obligatio: illa prorogatio censetur no-
ua prius conuentio, nouaque obligatio: ac
proinde non censetur in earepeti iuramentum,
& poena in priori compromissione apposta,
nisi denuo apponatur. Ita iuxta regulas præ-
missas benigne iurantem ad iuramenti obliga-
tione liberant. *Conar. citatus*. Azor. l. 1. cap. 8.
quæst. 12. & Sanch. l. 3. sum. cap. 17. num. 21.

311 Cum his opinor, addens secus esse dicen-
Non hu-
ius.
dum, si ab initio compromissum cum iuramen-
to ita constitutum sit, ut ipsi arbitri, vel com-
promittentes possint diem prorogatione enim
prorogatio intra diem facta, eadem qualita-
tes habet etiam quoad iuramentum. Quia ab
initio iuramentum, cum sensum habet, ut iu-
rans sub Religione iuramenti promittat sen-
tentia arbitrorum parere, quam ipsi intra
diem definitum, vel postmodum prorogatum
tulerint.

312 Caterum in huius materie confirmationem
Interpretandi
benigne iura-
mentum a plu-
rimis pro-
poni.
ex regulis præmissis plures casus resolui, spe-
cialim secundam regulam illustrans. Iuravi Pe-
tro dare æquum, ipse vero non seruat, quæ
promissit: dare non tenor. Quia hæc absoluta
& liberalis promissio iurata habet tacitam con-
ditionem: Nisi alius ingratum se ostendat, ut
ostenditur promissum non implens. *Sanch. l. 3.*
sum. cap. 17. num. 16.

Iuravi fidelitatem Petro, eique non esse con-
trarium: subintelligitur: Nisi ius meum, vel
meorum, vel Ecclesiæ petere, defendere ne-
cessarium fuerit. Quia hæc promissio habet
hanc subintellectam conditionem cap. *Peti-*
tion de iureiur. Syluest. verb. *Iuramentum* 3.
quæstion. 2.

Iuravi Ecclesiæ mandatis parere, vel Iudi-
cis, eiusque stare sententiæ: potero appellare,
si me iniuste grauatum sensero. Quia hoc ge-
nerale iuramentum rationabilem appellatio-
nem non excludit. cap. *Trois nobis*, de dolo.
Gutier. de iurament. part. 1. cap. 37. num. 25. Syl-
uest. verb. *Iuramentum* 4. q. 1.

Iuravi obedire Superiori, si ipse ab officio re-
moueat, mea obediendi obligatio cessat.
Quia ex iure supponitur ad obligationem iu-
risdictio in superiore, ut possit præcipere. cap.
Venerabilem de elect. Lessi. lib. 2. cap. 4. 2. dub. 4.
num. 22.

Iuravi stare sententiæ arbitri sub certa pœ-
na ad utrumque non obligor, sed tantum parere
sententiæ, aut pœnam soluere. Innocent. &
Gloss. ad cap. *Per tu*, de arbitrio. Syluest. verb.
Iuramentum 1. quæst. 4.

Iuravi, non expellere conductorem do-
mus, vel agri: possum expellere, si bien-
nio conductionis pensionem non soluerit.
Quia hic contractus hanc tacitam condi-
tionem habet, ut conductor biennio non
soluens, valeat expelli. l. *Quero*, §. *inter*
Eschob. & Mend. l. heol. Moral. Tom. IV.

locatorem. ff. locati. Sanch. l. 3. sum. cap. 17.
num. 14.

Admissus in Collegium iuratio Collegis
suis ferre auxilium, quoties fuerit opportu-
num: Subintelligitur, dummodò aliis dignior
non existat. Quia alias non esset licitum, ne-
que obligatorium iuramentum. *Basil. l. 12. spon-*
sal. cap. 8. num. 27.

Si urbanitatis causa quis iurauit, non in-
gredi primum, nobiliori loco non sedere, non
præcedere: non tenetur, si alter roget, vel
illi sit molestum. Quia subintelligitur iurasse
non accipere primum locum quantum in ipso
est, sed rogatum. *Tolet. lib. 4. cap. 2. Lessi. l. 2.*
cap. 4. 2. dub. 4. num. 22.

Admissus in Collegium Ybernium, aut
Anglicanum iurauit, post studia absoluta ad
patriam redire: poterit ingredi Religionem.
Quia hic status utpote maioris perfectionis
semper censetur exceptus. *Basil. lib. 12. de spon-*
sal. cap. 8. num. 27.

Iurauit quis non resignare Beneficium in
alterius fauorem vel non permutare abque
Ordinarij consensu: non obligatur, si Reli-
gionem inierit. Quia hæc occasio tacite cen-
setur excepta eo quod finis, ob quem Ordina-
rius illud iuramentum exigere assolet, est, ne
beneficiari accipientes Beneficium, & manen-
tes in sæculo, cum pensione renuncient, ite-
rūque alia Beneficia obtineant. *Sanch. l. lib. 3.*
sum. cap. 17. num. 11.

Promittens sub iuramento aliquid absenti;
ad id implendum non tenetur, donec ipse, vel
alius valide ipsius nomine acceptet. Quia hæc
promissio, cuius naturam sequitur iuramentum,
renocabilis est, quovisque per acceptionem
firmetur. *Lessi. lib. 2. cap. 4. 2. dub. 4. num. 22.* Bo-
nac. tom. 2. d. 1. quæst. 1. punct. 16.

Iurans soluere pecuniam sibi mutuam,
poterit intra biennium exceptionem oppone-
re non numeratæ pecuniæ. Quia sub ea con-
ditione censendus est obligatus soluere, si sibi
adfuert pecunia numerata: l. *ulrim. Codice de*
non numerata pecunia, & l. 27. tit. 1. 1. parti-
ta 3. *Couar. de pact. part. 1. §. 3. num. 10.* *Gut-*
tier. part. 1. de iurament. cap. 37.

Iurans contractum fideiussionis, non se obli-
gans instar principalis: soluere non tenetur,
quovisque principalis debitor excutiat. Quia
hanc habet tacitam conditionem. l. *Decem*, ff.
de verb. obligat. *Sanch. l. 3. sum. cap. 17. num. 24.*
Plura mitto.

PROBL. LIV.

Iuramentum soluendi delictum intra cer-
tam diem, extenditur, & non extendi-
tur ad aliam diem per creditorem proro-
gatum. Unde erit, & non erit periur-
us, si die destinata in prorogatione
non soluat.

313 Non extenditur, nec erit periurus, non
soluens die destinata in prorogatione. *Non extendi-*
Quia iusurandum antiquum ad alia non tra- *tur, nec periur-*
hitur, nisi denuo iuretur. Unde excommuni- *us ille erit.*
catio lata indebitorem si certa die non solve-
re

rit, prorogata ea die per creditorem, omnino cessat: nec contrahitur non soluendo die destinatae. Sic Cardin. Corta, Baldus, Decius, Iason, quos refert Covar. de pact. punct. 1. initio, num. 6.

314 Extenditur, & perierit debitor non soluens die prorogata. Quia in hoc eventu non est nova obligatio, sed eadem, met ab initio contracta, solaque dies solutionis differtur: Ergo manet eadem iuramenti effectu qualitate. Ita Baldus, Iason, Decius sibi ipsis contrarij, Bartol. Imola. Felin. Curti. Blanchus, Rebus, quos affert, ac sequitur Covar. citatus. Gutier. de iuram. punct. 1. cap. 49. num. 9. & 10. Perez. l. 1. paulo. post princip. ii. 4. l. 3. ordinamenti. Sa v. iuramentum, num. 15. Azor. l. 1. cap. 8. quest. 13. Sanch. l. 3. sum. c. 17. num. 24.

305 Hoc omnino tenendum iudico. Quia ille duo iuravit, nempe se soluturum, & tali die. Ergo remittente creditore, seu prorogante posteriori obligationem, non manet debitor liber ab obligatione priori, sed illa ad diem prorogatam protenditur. Nec est simile illud de excommunicatione. Nam Iudex excommunicavit ad diem illam solam: & cum excommunicare sit actus iurisdictionis, non potest ex consensu partis excommunicatio ad aliam diem prorogari. At iurans obligavit se simpliciter ad soluendum, & ad soluendum eo termino: quare hoc termino prorogato per creditorem, manet debitor iuramento ligatus ad soluendum termino per eum prorogato.



CAPVT XIX.

Circa Iuramenti Relaxationem, Irritationem, & Commutationem

PROBL. LV.

Habentes potestatem dispensandi, vel commutandi vota delegatam, habent, & non habent dispensandi, vel commutandi iuramenta potestatem.

316 Si loqueremur de habentibus potestatem Ordinariam, recepta est omnium sententia affirmans potentem dispensare, vel commutare vota, posse etiam iuramenta eius materia Deo praestita dispensare, vel commutare. Lege Santium l. 3. sum. c. 19. n. 5. Quaestio est, num habentes potestatem delegatam commutandi vel dispensandi vota, ea etiam ad dispensanda vel commutanda iuramenta potiantur?

317 Ea potestate minime potiuntur. Quia iuramenti vinculum est diuersum à vinculo voti. Ergo concessa potestate soluendi vinculum voti non debet censi concessa potestas soluendi vinculum iuramenti licet vinculum iuramenti minus sit, quam vinculum voti. Illa namque regula: Cui conceditur maius, concedi censetur id quod minus, procedit, cum id quod minus est, continetur in maiori, tanquam pars in toto.

to, aut species in genere. At cum vinculum iuramenti hac ratione in voto non contineatur, effici videtur, facultatem concessam dispensandi, vel commutandi vota, ad iuramenta non extendi. Sic Petr. de Ledes. tom. 2. sum. r. 11. c. 4. diff. 4. Nauar. sum. c. 27. n. 275. Azor. 10. l. 1. n. c. 10. q. 2. Bonac. 10. 2. d. 4. q. 1. pun. 17. n. 11.

Ea quidem potiuntur potestate: unde priuilegium concedens commutationem aut dispensationem votorum extenditur ad iuramenta in Dei honorem praestita siue accessoria sint voto, siue non. Quia haec iuramenta ob affiliationem cum votis, in communi hominum existimatione vota reputantur c. Peruenit. 2. de iure iuram. Vbi dicitur Propositi aut promissi non in fringit, quia melius commutatur. Nomine autem propositi, aut promissi, non solum vota, sed & iuramentum intelligitur, tam quia sub titulo de iuramento ponitur: cum quia certissimum est, iuramentum, cuius Deus creditor est, posse in melius commutari: quia illi est gratus. Ergo priuilegium respiciens vota haec iuramenta respicit. Ita Suar. l. 6. de voto, cap. 14. num. 4. Sa v. votum, de voti irrit. num. 16. Basil. l. 8. de matr. cap. 1. num. 4. Paluas tom. 3. tract. 14. d. 3. pun. 1. num. 5.

Ego quidem tempero sententiam primam, media via procedens. Distinguo inter iuramenta voto accessoria, quaeque ad firmandam promissionem assumuntur: & inter iuramenta, quae voto accessoria non sit, & ad firmandum bonum propositum assumuntur. Priora iuramenta ex facultate dispensandi vel commutandi vota posse dispensari, vel commutari censeo, secus vero posteriora. Priorem partem proba. Quia eo ipso, quo iuramentum sit voto accessoriumque promissione confirmetur, sublato voto, ac promissione, ipsum necessum est corruere, sed potens dispensare in votis, potest votum, cui iuramentum accedit dispensare: cum ex aduentu iuramenti non mutetur eius natura: Ergo potest etiam in iuramento illi accessorio. Secundam partem sic ostendo: Priuilegium gratis concessum, & praecipue ad tollendam obligationem naturalem, & diuinam strictè interpretandum est, c. Porre, de priuileg. cap. cum in illos 17. & ca. Cui de non Sacerdotali 27. de prebend. in 6. Ergo priuilegium dispensandi in votis non est extendendum ad iuramenta. Equidem primam & secundam sententiam valde probabiles reputo, libuit tamen sic primam temperare, & eligere cum Lessio l. 2. c. 42. dub. 12. n. 60. Santio l. 8. de matr. d. 2. n. 23. & l. 4. de voto c. 53. num. 18. & 20.

PROBL. LVI.

Creditor potest, & non potest iuramentum praestitum principaliter in Dei honorem remittere.

318 Suppono, remissione seu condonatione creditoris de materia sibi promissa, cessare iuramenti obligationem. Quia cessat illius fundamentum. Deus enim in tantum obligari iuramentum vult, in quantum is, in cuius gratiam sit, obstat esse obligatum, si igitur is remittit obligationem, & Deus remittere censetur. Difficultas autem est, num possit creditor iuramentum

Secl. II. De Præcepto II. Problemata. 147

mentum principaliter præstitum in Dei honorem remittere, eo quod tota obligatio in sui gratiam, & fauorem cedat, verbi gratia intuitu pietatis quis sub iuramento promittit alicui pauperi elemosynam: poterit ne pauper obligationem remittere?

³²¹ *Non potest.* Minime poterit. Quia cum principaliter Deo pietatis intuitu facta fuerit illa iurata promissio: Deus solus est creditor huiusmodi promissionis. Ergo pauper non potest remittere. Sic graues Neoterici, quorum sententiam Palaus citandus probabilem esse affirmat, siquidem contrariam probabiliorē esse testatur.

³²² *Potest planè.* Quia illud iuramentum cõsetur tacitam conditionem habere: Si velit promissum acceptare is, de cuius commodo agitur. Et quia intuitu pietatis factum est iuramentum, tota illius obligatio in creditoris pauperis utilitatem cedit, cui potest ille cedere. Nec enim qui iurauit, intendit intuitum ad beneficium acceptandum cogere, vel remittentis utilitatem gratiam non acceptare. Ita Lessi. quem refert, ac sequitur Palaus tom. 3. tract. 14. d. 1. punct. 2. num. 3.

³²³ *Hic tenet, & non determinat.* Profecto si iurans subuenire pauperi, eum non determinat, certum est nullum esse, qui possit obligationem remittere, præter Deum. Quia illud iuramentum Deo est factum, & inducit voti rationem: neque enim res promissa cedit in gratiam huius pauperis determinati: sed huius, vel illius: Ergo nullus est in particulari, qui remittere possit. Verum, si iurans pauperem determinauit, probabilis censo, remittere posse obligationem, nolendo promissum acceptare, aut condonando propter secundæ sententiæ fundamentum. Scio Santium l. 1. de sponsal. d. 52. num. 7. & Suarium l. 2. de iurament. cap. 39. num. 8. 11. & 12. insinuas, posse pauperem remittere obligationem iustitiæ, aut fidelitatis in promittente oritur comparatione pauperis, sed tota obligatio est comparatione Dei: esto in pauperis cedat utilitatem. Vnde nulla alia via potest pauper obligationem remittere, nisi vel condonando, promissum: vel nolendo illud acceptare.

gantur. Quare à quolibet auctoritatem Episcopalem habente relaxari possunt. Imò crediderim, regulariter nulla relaxatione indigere, utpote nullam inducentia obligationem. Ad hanc causam reducuntur omnia iuramenta cadentia super contractus lege prohibitos: præstat enim sufficientem relaxationis causam legis transgressio, si forte necessaria fuerit; nam iuramentum licitum & obligatorium esse non posse asserto, nisi promissionem validam confirmet: aut in vexationis redemptionem apponatur. Hinc quaesierim, num iuramentum solvendi ea, quæ ludo vitio sunt acquisita, vel quæ in Hispania in ludo ad creditum acquiruntur, possit Episcopus relaxare?

³²⁵ *Non potest.* Minime potest. Quia ex communiori sententia non tenetur recipiens hanc pecuniam restituere. Ergo nullam turpitudinem committit: Ergo nullam præbet causam relaxationi. Sic Sanchez libr. 1. de sponsal. d. 31. numer. 2.

³²⁶ *Potest quidem.* Potest planè, quia iuramentum id est in legis fraudem emissum, & turpitudinem continet aduersus leges, saltem cum de facto acceptatur. Ita aliis relatis. Gutier. part. 1. de iurament. confirmat. cap. 53. num. 8. & probabile reputat Sanchez l. 3. sum. cap. 21. num. 10. & l. 1. de sponsal. d. 32. num. 24. plures Doctores pro hac parte adducit Palaus tom. 5. tract. 14. d. 3. punct. 3. num. 3.

³²⁷ *Probatissimum.* Non solum hoc probabilius existimo, sed credo, hoc iuramentum relaxatione non indigere, quia super materiam indebitam cadit. Leges enim Castelle 8. & 9. titul. 7. l. 8. recopil. ita has promissiones, & obligationes prohibent, ut prorsus irritas, ac nullas faciant: ibi: *Damos por ningunas quales quier obligaciones, scripturas, promessas, que las tales personas a cerca de esto hicieren.* Ex quibus verbis manifestè efficitur, recipientem sic acquisita retinere non posse: obligatumque esse, si recipiat, restituere. Quia alienum recipi non potest, nisi debeatur. At vi illius promissionis non debetur eo ludo acquisitum, cum promissio nulla: Ergo recipi non potest. Deinde iuramentum de illa solutione faciendâ nullum est; quia est de actu quodam vano, ac inutili, neque ex redemptionis vexationis honestato. Lege Vasquium opuscul. de testam. cap. 3. dub. 2. num. 4.

PROBL. LVII.

Iuramentum soluendi ea, quæ ludo vitio sunt acquisita, vel quæ in Hispania in ludo ad creditum acquiruntur: potest, & non potest Episcopus relaxare.

³²⁴ *Nonnulla respondet.* **R**ecolo, duplicem in genere esse relaxationis causam: aliam, quæ bonum commune directè respicit: aliam, quæ penam creditoris. Bonum commune directè respicit, si observatio iuramenti bono communi obstat: verbi gratia si quis iurasset, non denunciare, non accusare, non contra testari: hæc enim iuramenta obstant rectæ administrationi, quia obstant, ne crimina dete-

PROBL. LVIII.

Relaxatio iuramenti potest, & non potest concedi, cum turpitudinis versatur in modo exequendi iuramentum, non in re iurata.

³²⁸ *Nonnulla præmissa.* **P**roblem. proximo dixi, secundam causam, ob quam iuramentum possit relaxari esse turpitudinem eius, cui præstitum est, vel quia inique exegit, vel quia delictum commisit dignum privatione iuris acquisiti; pertinet enim ad bonum Ecclesiæ delicta punire & iniustitias tollere, fraudesque remouere: Et quidem posse relaxari iuramentum in delicti commissi penam nullus est qui non sciat. Relaxari autem posse, quia inique est exortu patet. Quia nullum ius parti, in cuius utilitate cedit, acquiritur.

N 2 sed

sed solum Deo. Potest ergo Dei vices gerens obligationem remittere, ne iniustus ex iustitia facta commodum assequatur, neve iurans iniuste diuexetur. Quod verum puto, etiam si turpitudine non sit comissa a creditore, sed ab alio tertio. Quia iam tertius iniustitiam perpetravit, & iurans iniuste vexatur, quæ est potissima huius relaxationis causa. Hanc relaxationem concedere potest Episcopus, & qui potestatem quasi Episcopalem habent. His positis quaeritur, num relaxatio possit concedi, cum turpitudine versatur in modo exigendi iuramentum, non in re iurata: ut contingit, quando creditor debitorem cogit metu, vi vel fraude iurare debitum legitimum soluturum.

329
Non potest
relaxatio
concedi.

Non potest concedi relaxatio. Quia cum debitum sit legitimum materia est apta, ut possit iuramento obfirmari: & licet in modo iniustitia adfuerit, tenet in re iurata promissio, cuius relaxatio iam creditoris cedit in in commodum. Sic aliqui, quos, prelo nomine memorat Palaeus tom. 3. tra. 1. d. 2. punct. 3. num. 5.

330
Potest placere.

Potest planè huiusmodi relaxatio concedi. Quia in petitione illius iuramenti creditori intulit iniuriam Debitori, & consequenter tenetur, illam, quoad fieri possit, reparare. At nulla alia via aptiori reparari valet, quam remissione iuramenti. Ergo. Ita Palaeus citat.

331
Idem, si vero
alia adiciens.

Idem iudico, adiciens si ipse creditor illius iuramenti non procurat ad satisfactionem illarum iniuriarum relaxationem, id ex officio debere Praetatum exerce. Nam certissimum est, quoties superior cogere potest creditorem ad remittendum iuramentum, posse ipsum id remittere. Ad hæc, satis bono communi expediet huiusmodi concedere relaxationem, ne iniuste vexantes effectum suæ iniquitatis obtineant: & ne vexati sine causa grauentur. Mecum Suar. l. 2. de iuram. cap. 41. num. 51.

PROBL. LIX.

Concedi potest, & concedi non potest ab Episcopo relaxatio iuramenti si metu leui extortum sit.

332
Concedi non
potest.

Concedi non potest. Quia c. si verò, de iur. & c. verum, eodem tit. de gravissimo metu fit mentio, qui debet iuramento addici, ut valeat Episcopus id relaxare: Sic multi Doctores relati à Santio l. 4. de mat. d. 20. n. 9.

333
Potest concedi.

Potest concedi relaxatio. Quia iuramentum metu etiam leui factum spontè non praestatur, & spontaneum consensum requirit iuramentum, ut relaxari non possit, c. si licet, & c. Accepta, de restitut. spoliator. & Authent. Sacramenta puberum. C. si adversus venditionem. Ita alij plures relati à Santio ubi supra.

334
Auctoritate
solutio.

Potè doctissimus Pater eos sic, me annuente, conciliat. Ut negatiua sententia procedat in foro externo: eo quod in eo non admittatur rescissio contractus ex metu leui. Secunda vero procedat in conscientiae foro, quia adest turpitudine ex parte recipientis taliter, quod in illo foro nequit sic metum incutiens retinere ea via acquisita, sed obligatus est restituere, si cut si metus gravis esset incursum. Consonat

Suar. l. 2. de iuram. cap. 41. num. 59. Addiderim esto hoc verum sit, nihilominus etiam in foro externo dari huius iuramenti relaxationem, quando non ad petitionem partis Iudex procedit, sed ex officio. Tunc enim convenientissimum est, hanc relaxationem concedere, ne iniustitiae etiam leuissima sortiantur effectum. Sic Palaeus to. 3. tra. 1. d. 3. punct. 3. num. 6.

PROBL. LX.

Praefata iuramenta inique extorta possunt, & non possunt post commissum perjurium relaxari.

Concedenda non est huiusmodi relaxatio, neque pars potest remittere postquam altera pars incidit in perjurium. Quia cap. Quia frustra l. 4. de iur. dicitur: Frustra legem auxilium innocat, qui committit in legem. Qui ergo committit in legem iuramenti frustra petit illius relaxationem. Ita Cardin. c. Debitores, de iur. & i. Imola ibi, num. 8. Abbas c. 1. eodem tit. num. 3. & ibi Felin. num. 28. Fellic. Senens. Anchor. & alij, quos sequitur Couar. de pallis p. 2. §. 3. num. 1.

Potest planè concedi huiusmodi relaxatio iuramenti inique extorti post commissum perjurium non solum in foro conscientiae, sed etiam in externo foro. Quia ex commissio perjurio non tollitur potestas in relaxando. Non enim turpitudine alterius superioris obesse poterat. Ergo poterit relaxare, ac si nullum esset commissum perjurium. Ita Sanchez. l. 1. de sponsal. l. 2. num. 16. Suar. l. 2. de iuram. cap. 41. num. 22. & alij apud ipsos. Hos sequitur Palaeus to. 3. tra. 1. d. 3. punct. 3. n. 7.

Hanc partem probabiliorē esse reor, nec obflare illud capitis Quia frustra. Fateor enim uti legis beneficio, qui committit in legem: qualiter committit iurarius, qui virtute literarum recuperare sibi debita intendit, & tamen non vult ipse restituere, quæ debet. Hic enim non vitur beneficio literarum ad excutiendum peccatum, sed ad perseverandum in illo. At postulans iuramenti relaxationem commissio perjurio, intendit peccatum excutere: imò quando eam petit, non perseverat in perjurij peccato: & consequenter non committit in legem, etiam si in illam commiserit. Quia ut bene docet Suarius num. 23. obligatio solvendi non ita urget pro singulis momentis, quin possit quis & dolere de iuramenti transgressione, & proponere illam, non amplius perpetrare, vel solvendo, vel sine mora quaerendo iuramenti relaxationem. Quare dum illam quaerit, perjurium non committit. Quia iuramentum semper intelligitur factum sub conditione petendi relaxationem, si causa substat. Adde nulla lege peritium reddi incapacem talis relaxationis. Licet enim propter commissum perjurium puniri possit non tamen inveniatur punitus in relaxationis denegatione. Cur ergo id est affirmandum.

PROBL.

PROBL. LXI.

Potest, & non potest contractus rescindi, & relaxatio iuramenti obtineri, etiam ob enormissimam lesionem, si iuramento praestito fuerit ille geminatus.

338
Nonnulla
suppono.
S Vppono, non esse locum rescissioni contractus, nec relaxationi iuramenti ob enormem, vel enormissimam lesionem in contractibus gratuitis; sed solum in reciprocis, ubi interuenit, de, ut des: Facio, ut facias. Quia donator clare intelligit, se laesum esse in tota illa quantitate, & sciens vult, id beneficium in alium conferre. Sanch. l. 3. sum. c. 21. num. 19. Quaesierint ergo, an possit rescindi contractus, & relaxatio iuramenti obtineri, etiam ob enormissimam lesionem, si iuramento praestito, fuerit geminatus?

339
Minime potest. Quia ut praescribit *Authentica, Siue a me, & lex si mulier. C. Ad Senatuf-consultum Velleianum*, quamvis mulier fideiubendo pro alio obligari non possit, quin ei competat exceptio Velleiani: si tamen in eadem causa bis se obligauerit, tenet obligatio & cessat exceptio. Sic videtur dicendum in contractibus iuratis. Nam minor, vel maior iurant contractum: esto minori competat exceptio l. 2. C. de rescindenda vendit. ratione enormis lesionis: & maiori exceptio lesionis enormissimae: si tamen geminent obligationem, cessabit exceptio, ac iuramenti relaxatio. Sic Decius conf. 181. Couar. de pactis p. 3. §. 4. num. 6. concl. 8.

340
Ob geminam obligationem etiam cum biennij intervallo, iurans non priuatur potestate petendi rescissionem contractus, & iuramenti relaxationem illis in casibus, in quibus alias peteret poterat. Quia nulli bi cauetur talis effectus: & cum fraudibus faueat, non est absque claro fundamento asserendus. Ita Palaus tom. 3. tract. 14. d. 3. punct. 4. num. 7. Burgos de Paz conf. 28. num. 22. aliis relatis.

341
Hoc verius existimo, nec ex legibus siue a me, & si mulier desumi posse argumentum. Tum quia illa decisio est specialis in illo casu. Tum quia est ratio diuersa. Nam in contractu fideiussionis mulieris, de se nulla est deceptio, neque ob deceptionem conceditur exceptio Velliani; sed ob mulieris fragilitatem, & imbecillitatem. At in laesione enormi & enormissima deceptio est, & defectus consensus: & ob eam causam rescissio contractus, & relaxatio iuramenti conceditur. Ergo quantumvis obligatio multiplicetur, non impedit hanc rescissionem, & relaxationem. Neque enim aequum erat, ob repetitam iniuriam priuari deceptum iuranti concessio reparandi deceptionem; potius quidem ob deceptionem geminam celerius relaxatio iuramenti, & contractus rescissio est concedenda.

PROBL. LXII.

In illis casibus, in quibus ob lesionem enormem, aut enormissimam potest quis agere ad rescissionem contractus, aut pretij supplementum: indiget, & non indiget iuramenti relaxatione.

342
Non indiget, & potest agere non obstante iuramento. Quia ea de causa in illis casibus quis agere potest, quia non censetur iuramentum ad illos casus se extendere: censetur enim ille iurare, se perseveraturum in contractu, dummodo laesus graviter, aut grauissimè non fuerit: Ergo etiam si agat absque iuramenti relaxatione, id non violabit. Porro ea de causa minor, qui expresse iurauit stare contractui, illique non contrahere ratione minoris aetatis: potest absque relaxatione iuramenti contrahere ob enormem lesionem, quia ob hanc causam non censetur iurasse non contrahere: sed idem praesumitur de minore absolute iurante, & de maiore, comparatione lesionis enormissimae: Ergo in omnibus his casibus nulla est necessaria iuramenti relaxatio. Sic Rolandus à Valle conf. 59. num. 27. l. 1. & conf. 60. num. 68. l. 4. & plures relati ab Arias Pinelo, Couarruias, & Gutier. allegandis.

Indiget iuramenti relaxatione, ut ad contractus rescissionem agere possit quis ex laesione enormi, si sit minor, & ex laesione enormissima, si sit maior. Quia iurans stare contractui, videtur iurasse, nunquam contrahere, dum iuramentum non fuerit relaxatum. Ita Arias Pinel. repetit. legis 2. C. de rescindenda vendit. p. 1. cap. 1. num. 8. Gutier. in *Authent. sacramenta puerum*. num. 96. Couar. de pactis p. 3. §. 4. & p. de iuram. cap. 26. num. 6. Matien. l. 5. recopil. tit. 11. leg. 1. gloss. 8. num. 51. Padilla lege 2. num. 32. Sanch. l. 3. sum. cap. 21. num. 18. & 28.

344
Ego quidem vnam & alteram sententiam conciliabo, asserens, primam in foro interno procedere, secundam verò in externo. Nam cum in foro interno veritas spectetur, & praesumptiones cessent: si iurans certus est se enormiter, vel enormissimè laesum esse: poterit ad rescissionem contractus, vel pretij supplementum, non obstante iuramento, procedere; quia non censetur se renunciaisse. At in externo foro cum praesumptiones ibi locum habeant, praecipue cum veritas vestigata non est: nequaquam sic iurantes permitti possunt agere ad contractus rescissionem, quin iuramentum ad effectum agendi relaxetur. Quia cum intentat quis contractum rescindere, non constat in illo fero de laesione: & consequenter non constat cessare iuramenti obligationem. Ergo est concedenda iuramenti relaxatio: sin minus impediatur actio ob peritij periculum. Sic meus Ferdinand. de Castro tom. 3. tract. 14. d. 3. p. 4. num. 11.

PROBL. LXIII.

Si iuramenti relaxatio non in totum, sed solum ad effectum agendi, vel expiendi concedatur: necessario pars debet, & non debet citari.

345
Nonnulla
suppono.

Requiri potest ad hanc iuramenti relaxationem concedendam citatio partis, cuius interst, nempe illius, in cuius gratiam iuramentum est praestitum. Et quidem si relaxatio esset in integrum concedenda, ita ut in totum extingueret iuramenti obligationem: omnes Doctores censent fieri non posse absque partis citatione. Quia concessa hac relaxatione, simul contractus rescinditur, & iurans liber ab obligatione declaratur. Quod fieri absque citatione partis, esset sententiam ferre contra partem inauditam: Quod est absurdum. Quaesierim verò, num si relaxatio non in totum, sed solummodo ad effectum agendi, vel expiendi concedatur debeat necessario pars citari?

346
Necessario
pars requiri
debet.

Debet profecto. Quia citatio necessaria est, quoties tractatur de alterius praedictio c. 1. de causa possessionis, & propriet. Clement. Pastoralis de re iudic. & leg. de uno quoque, ff. de re iudic. sed in hac relaxatione agitur de partis praedictio, cum molestetur vocatione, & obligatione iustificandi contractum: Ergo absque eius citatione fieri non potest. Sic Felin. cap. 1. n. 23. de iure iur. Paz in pract. 10. 2. prelud. 2. n. 38. Didac. Perez in lege 1. tit. 2. l. 3. ordinam. col. 824. quast. 16.

347
Non debet
necessario re-
quiri.

Non debet necessario pars citari. Quia hanc relaxationem Praelatus concedere ex officio potest, eo solum, quod summarie probatum fuerit, iniustitiam in contractu intervenisse: ut multi Doctores fatentur ad c. 1. de iure iur. sed in his, quae Praelatus ex officio facere potest, quaeque plenam probationem non exigunt, citatio necessaria non est: Ergo item hac citatio ad nullum effectum utilis esse potest: si quidem pars consentire non tenetur in relaxatione: imò potius, ipsa dissentiente, conceditur, ut in iudicio examinetur contractus, & intuentus iniustus, rescindatur: sin minus iurans tanquam calumniosus condemnatur, & solvat expensas, quas altera pars litigando, & contractum defendendo, fecit. Ita Bonar. l. 1. variar. cap. 4. n. 6. Gutier. in Authent. Sacramenta puberum n. 112. Sanch. l. 3. sum. cap. 21. num. 28. Pala. tom. 3. tr. 14. d. 3. pun. 5. num. 4.

348
Idem assero.

Hoc verius esse reor. Quia ex omissione citationis parum, aut nihil praedictur ei, in cuius gratiam illud iuramentum fuit emissum.

PROBL. LXIV.

Iudex secularis potest, & non potest cognoscere de nullitate relaxationis iuramenti ab Ecclesiastico Iudice concessa.

349
Plura circa

Praemitto, Iudicem Ecclesiasticum solummodo posse iuramenti relaxationem gere-

re: nullum autem saecularem Praelatum esse, qui propriam relaxationem concedere valeat. Quia haec concessio est actus spiritualis iurisdictionis, cuius saecularis est incapax. Est enim directa vinculi iuramenti remissio nomine Dei. Suar. l. 2. de iuram. c. 14. n. 16. At licet relaxationem propriam concedere non valeat, potest tamen nomine partis obligationem remittere. Nam si saecularis Princeps potest cogere subditum, ut iuramenti obligationem remittat, & ipse, nolente subdito, remittere poterit; quia superior supplere potest consensum, quem subditus tenetur praestare. Ut autem superior laicus subditum compellat ad iuramenti remissionem vel ipse nomine subditi remittat, debet prius probare, in illo iuramento ex parte recipientis turpitudinem intervenisse, & rem per iuramentum promissam ad iudicium saeculare pertinere. Nam si dubium sit, an in iuramento adfuerit turpitudine, vel rei promissa cognitio ad iudicium saeculare non spectat: potestas laica remittere iuramentum minime poterit. Sanch. l. 3. sum. cap. 22. nu. 1. & 15. Haec tamen condonatio, seu iuramenti remissio necessario facienda est a superiore ipsius, cui est iuratum. Siquidem condonatio hac exerceatur in ipsum iurisdictionis, loco ipsius obligationem condonando. Molina tom. 1. de de iust. d. 149. Moneo tamen, condonationem hanc absolutam iuramenti fieri non posse à laica, nec Ecclesiastica potestate absque partis citatione. Siquidem omnino ab obligatione iuramenti liberat, & contractum dissolvit. At si remissio iuramenti non esset absoluta, sed limitata, nempe ad effectum agendi: partis citatio necessaria non est, ut supra vidimus. Labet autem inquirere, num Iudex saecularis cognoscere possit de nullitate relaxationis iuramenti ab Ecclesiastico Iudice concessa?

Potest quidem, si relaxatio ab Ecclesiastico Iudice concessa sit evidenter nulla, vel iniqua. Quia huiusmodi potestati annuere videtur Ecclesia, ne iniustitia vlla geratur. Sic Felinus ad cap. 1. de iure iur. num. 1. & ad cap. 2. numer. 3. de spons. Paz in sua pract. p. 2. num. 18. Sanch. l. 2. sum. cap. 2. num. 4.

Minime potest, Quia c. fin. de exception. in 6. dicitur, Iudicem saecularem debere sequi Iudicis Ecclesiastici sententiam: Ergo non potest de relaxationis nullitate cognoscere. Ita idem Felin. c. 2. n. 1. de sponsal.

Primam sententiam veriorum esse iudico, si cautè intelligatur. Nam si nullitas vel iniquitas relaxationis non appareat: sed probatione, & examine indigeat, minime admittitur posse saecularem tali relaxatione cognoscere: ne saecularis Iudex superior fieri Ecclesiastica potestati videatur. Quando autem evidenter apparet nullitas, vel iniquitas, nec sit necessaria examinatio, non obstat caput illud fin. Debet enim Iudex saecularis sequi sententiam Ecclesiastici Iudicis, quando evidenter non constat iniquam. Sic textum Felinus exponit, citans Ancharanum.

DE

DE VOTO.

CAPVT XX.

Circa Voti essentiam.

PROBL. LXV.

propositum exequendi rem honestam, sufficit, & non sufficit ad votum.



Idem vs. sect. 1. Votum esse Propositionem deliberatam, & spontaneam Deo factam de meliori bono. Verum an promissio hac necessaria sit, vel solum propositum exequendi rem honestam & de meliori bono sufficiat, quaerimus. Sufficit plane. Quia hoc propositum obligationem inducit. Quod probat textus in cap. qui bona 17. quest. 1. ubi Magnus Gregorius inquit: Qui bona agunt, si meliora agere deliberent, & post deliberata non faciunt, licet in prioribus bonis perseverent, in conspectu tamen Dei ceciderunt ex deliberatione. Sed cadere in Dei conspectu, est culpam coram illo committere saltem leuem Prover. 24. Septies in die cadit iustus. Ergo propositum inducit obligationem. Et quia ipso quo quis in gratiam Dei bonum faciendum proposuit, obligatur illud exequi, ne inconstantie, infidelitatis, & mendacii arguatur. Sic Canonista cum Glossa ad cap. Literarum, de voto, v. proponens, & cap. Consulti, & c. Statuimus, de Regular. Favet Palud. in 4. dist. 38. quest. 1. art. 1. num. 1. D. Antonin. part. 2. tit. 1. cap. 2. & alij plures relati a Gutier. l. 2. qq. Canonie. cap. 2. n. 32.

Minime sufficit solum propositum quamvis absolutum, & efficax. Quia non inducit obligationem, quae ad votum necessarium requiritur. Hec namque obligatio nasci debet ex aliqua lege extrinseca imponente obligationem omnibus illis, qui de bono aliquo faciundo bonum propositum conceperint: vel ex propria voluntate proponentium: vel ex ipsius propositi natura. At ex nullo capite hac obligatio nascitur. Non quidem ex lege: nulla enim talis ostendi potest. Non ex propria proponentium voluntate: cum hac solum sit faciendi quod proponunt, non tamen se obligandi. Neque ex natura ipsius propositi. Alias si quis proponeret firmiter divina praeccepta servare duplici peccato inficeretur, quodlibet propositum violando, uno aduersus praecceptum violatum, altero aduersus obligationem propositio inducendam Ita Syluest. verb. Votum 1. quest. 2. Natur. cap. 1. 2. sum. num. 26. Bonac. tom. 2. d. 4. quest. 2. pun. 1. Lessi. lib. 2. cap. 40. dub. 4. num. 21. Suar. lib. 1. de voto, cap. 2. num. 3. Sanch. l. 4. sum. cap. 2. num. 20. Valent. 2. d. 6. quest. 6. pun. 1. Palaus tom. 3. tract. 15. d. 1. pun. 2. num. 2. Couar. de patris. p. 1. §. 3. n. 12. Gutier. l. 2. qq. Canonie. c. 22. n. 32.

Hoc mihi certum. Quia si aliquid Evangelicum eo Milium servare proponerem: verbi gratia eleemosynam largiri, vel audire Missam singulis diebus, & hac omitterem: grauer delinquerem, grauis enim est materia si facto voto omitteretur. Ergo si propositum hanc similem obligationem inducit, illius transgressio lethalis erit. Quae omnia absurda esse quis dubitet? Igitur concludo, propositum ex se nullam inducere obligationem, & consequenter ad votum non sufficere.

PROBL. XLVI.

Si promissio est absque animo exequendi rem promissam, constituit, & non constituit votum.

Recolo, tripliciter posse contingere simulationem. Primum si quis promittat verbo tenus, & non animo. Secundum si promittat animo promittendi, sed non animo se obligandi executioni. Tertio, si promittat animo se obligandi, sed non animo exequendi rem promissam. Verum posita prima, & secunda simulatione, voti obligatio impeditur verius est. Quia ea simulatione posita solum quoad apparentiam est promissio. At si de tertia simulatione loquamur, quae consistit in defectu intentionis exequendi rem promissam, quaerimus, num huiusmodi promissio votum constituat?

Non constituit, sed hac simulatio voto obstat. Quia D. Thom. 2. 2. quest. 88. art. 1. fatur, ad votum tria requiri, deliberationem voluntatis, propositum, & promissionem. Propositum, inquam, non tantum se obligandi, sed etiam rem promissam exequendi. Et quia illud est de essentia voti, quod est de essentia promissionis: sed de essentia promissionis non solum est obligatio faciendi rem promissam, sed etiam propositum illam gerendi: Non enim promittere quis potest, quin significet, se animum habere, rem promissam agendi. Ergo in promissione hic animus includitur, & consequenter in voto. Sic Valent. 2. d. 6. quest. 6. pun. 1.

Constituit quidem, nec huiusmodi simulatio voto obstat. Quia executio operis promissi, & obligatio ad illud sunt distincta, ut per se patet. Ergo potest adesse animus amplectendi obligationem, quin adsit animus exequendi promissum: Ergo potest esse promissio absque animo promissum exequendi: nam promissio in animo suscipiendi obligationem consistit. Id confirmatur emptionis ac venditionis exemplo: qui contractus validi esse possunt absque animo traditionis. Quia illi contractus non in traditione, sed in obligatione ad traditionem consistunt. Cum ergo votum non in executione rei promissae sed in obligatione illam exequendi consistat, potest absque dubio esse, quin animus executionis adsit, modo adsit animus obligationis. Ita Suar. l. 1. de voto, cap. 4. num. 3. Sanch. l. 1. de spons. d. 9. & l. 4. sum. cap. 1. num. 23. Azor. part. 1. d. 11. cap. 12. quest. 9. Lessi. l. 1. cap. 40. dub. 1. num. 7. Bonac. tom. 2. d. 4. quest. 2. pun. 2. num. 2. & alij apud ipsos.

359
Hoc longe
probabilius.

Fateor, me non inuenisse alium Auctorem, qui P. Valentia sententia in terminis haresceret: eam tamen satis probabilem esse ratus, contrariam longe esse probabiliorē existimo. An non præcipere quis subito potest aliquid opus, quin voluntatem habeat, ut illud exequatur? Certè id manifestat præceptum Abrahami impositum de filio sacrificando: in quo Deus voluntatem habuit obligandi Abrahamum ad Sacrificium: non tamen voluntatem habuit, ut Sacrificium executioni mandaretur: Ergo similiter quis poterit obligationem sibi imponere ex voto ad aliquid gerendum, quin voluntatem habeat illud exequendi. An non qui Sacros Ordines suscipiunt in concubinato persistendo, voto castitatis tenentur, tamen animo eam seruandi caruerint? Profecto pro voto licitè faciendō, propositum gerendi promissam requiritur. At pro voti essentia, & valore, sufficit propositum faciendi votum, & super se obligationem inducendi.

PROBL. LXVII.

Sufficit ad votum, & non sufficit ea deliberatio seu libertas, quæ ad peccatum lethale sufficit.

360
Nonnihil re-
colo.

Requiri ad votum libertatem est certum. Quia est lex, quam sibi vouens imponit. Quæ autem libertas necessaria sit, & sufficiat, haud satis exploratum. Quæserim igitur, an ad votum sufficiat libertas, quæ ad lethale sufficit peccatum?

361
Minimè suf-
ficit.

Minimè sufficit. Quia cum deliberatione, quæ ad peccatum sufficiens est comparatur leuissimè consideratio in vouendo, & consequenter Dei offensio: qualis adest, cum calore iracundiæ, aliâve passione percitus quis votum emittit: Ergo non sufficit ad votum. Nam voto colitur diuinæ Maiestatis, non offenditur. Et quia in votis sic emissis adest transgressionis periculum. Non ergo censendus est Deus, ea admittere. Sic nonnulli memorati à Santio citando.

362
Sufficit opini-
o.

Ea libertas quæ ad lethale peccatum sufficit, sufficit ad votum. Quia libertas sufficiens, ut diabolo devincti sumus, sufficere debet ut Deo obstringamur. Aliàs si ad votum requisita esset ea matura, & exacta deliberatio, quæ omnem circumstantiam convenientiæ, & disconuenientiæ in vouendo ponderaret, nullus ferè esset, qui verum Votum emitteret. Sufficit ergo ea deliberatio, quæ ad meritum & demeritum sufficiens esse videbitur: Ità D. Thom. & alij antiquiores, quos sequuntur Nauar. *sum. cap. 12. nu. 24.* Valent. *2. 2. d. 6. quest. 6. punct. 1.* Sanch. *lib. 4. sum. cap. 1. num. 2.* Azor. *tom. 1. l. 1. cap. 12. quest. 3.* Suar. *lib. 1. de voto, cap. 6. num. 4. & 8. Lessi. lib. 2. cap. 40. dub. 1. num. 2.* Palaus *tom. 3. tractat. 16. d. 1. punct. 4. numero 2.*

363
Hec vnicè
verum esse
resor.

Hanc sententiam veram vnicè puto. Quam video decidi in *cap. Sicut nobis, de Regular.* Vbi ad Votum obligatur, qui maximè pressus infirmitate illud emisit: sed non est credendum, tunc adeste ita perfectam deliberationem, ut omnia rimetur. Idem colligo ex *cap. Veniens, de Voto.* vbi Votum commutatur, quia in pue-

rii ætate absque plena deliberatione fuit emissum. Et in *cap. sunt qui opes 17. quest. 4.* qui opes qualdam Ecclesiæ contulerunt tumultuatio mentis impulsu de temeritate taxantur: sed Sacilegi iudicantur, si reuocent donationem. Profecto eorum factum ex calore iracundiæ, & absque matura, ac perfecta deliberatione peccatum est: sed non inde sequitur, Votum non esse. Quia solum extrinsecè, & in circumstantia vitiatur, non in substantia.

PROBL. LXVIII.

Speculatio iure naturæ, metus incussus etiam iuste ad extorquendum Votum illud annullat, & non annullat illud.

R Ecolo ex *sect. 1.* metum alium esse grauem, alium leuem: alium prouenientem à Deo, seu à causis naturalibus, alium ab extrinsecò illatum tum iuste, tum iniuste: alium illatum ad extorquendum Votum, alium non. Si metus à Deo seu à causis naturalibus proueniat, aliquis verò ut malum euitet, vouet, Votum validum est tam iure naturæ, quam Ecclesiastico. Quia est per simplicem affectum nollet Votum facere, si alia via vitare malum illud posset: at quia censet vel id esse impossibile, vel difficillimum: prudenti consideratione Votum eligit, ut medium ad malum vitandum: Valet ergo Votum. Idem dixerim, cum ab extrinsecò metus sit incussus sine iuste, siue iniuste: si tamen incussum non est ad extorquendum Votum. Quia est eadem ratio, cum eo casu liberè quis assumat Votum, ut medium aptum ad malum vitandum. Quod medium Deo gratum est, licet occasio illius ei sit ingrata. Difficultas itaque est, num metus incussus ad Votum ipsum extorquendum, id annullat? Et questio procedere potest de nullitate speculatio iure naturæ, vel Ecclesiastico. Item de metu iuste, vel iniuste incusso: ac denique de metu graui, & leui.

Porro speculatio iure naturæ metus grauis incussus etiam iuste, ad extorquendum Votum, illud annullat. Quia votum ob eius perfectionem illius extrinsecæ coactionis est incapax. Quare etsi aliquis habeat potestatem minandi accusationem, vel mortem: nunquam tamen potestatem habet, minandi ea ad Votum extorquendum. Sic Manu. *tom. 2. sum. cap. 93. num. 3. & 5.* Ludovic. Lopez *part. 1. Institut. cap. 45.* Vega. *tom. 2. sum. cap. 129. casu 17.* Et satis probabile putat Sanchez *lib. 4. de matrimonio. d. 13. numer. 1. & 2. & l. 4. sum. capit. 3. num. 20.*

Ob nullum metum iuste incussum Votum, iure naturæ speculatio, annullatur. Quia postulans Votum huiusmodi metu illato, potius censendus est Votum offerre ut medium ad vitandum malum ortum ex natura delicti, aut aliàs: quam metum inferre. Quæ ratio procedit, etiam si ad professionem, vel matrimonium cogat, quia in hac petitione nulla est coactio, sed potius oblatio cuiusdam Beneficii, vel remedij mali imminentis. Ità Sa. *v. Votum, n. 8.* Suar. *l. 1. de Voto, cap. 7. num. 16.* Bonac. *tom. 2. d. 4. q. 2. punct. 3. §. 1. n. 7.* Lessi. *l. 2. cap. 40. dub. 3. nu. 15.* Sanch. *lib. 4. sum. cap. 3. num. 21.*

Certè

Seet. II. De Precepto II. Problemata. 153

367
Hoc votum
esse non.

Certe probabilis duco, id votum esse validum, siue simplex sit, siue solemne. Quia quoties metus damni delicto debiti alicui incutitur, tunc potius censetur metus ille oriri ex lege, & natura delicti, & proinde ab intrinseco, quam ab extrinseco incuti: eo quod intrinsecum sit iusta timendi causa, radixque timoris. Quare id malum minans, non censetur metum inferre, sed potius metum iam ex delicto conceptum auferre, offerendo immunitatem si voueat. Præterea quia nulla irrogatur iniuria, nec aliqua simoniarum labes admittitur offerendo delicti veniam, dummodo delinquens Religionem (verbi gratia) voueat.

PROBL. LXIX.

Metus gravis, seu cadens in constantem virum, iniuste incussus causa extorquendi voti: illud irritum, & illud non irritum iure naturali spectato.

368
Iure naturali
irritum.

Iure diuino naturali irritatur. Quia cap. 1. de his que vi. non irritatur professio eo metu extorta, sed tanquam irrita declaratur: & nullus textus eam irritans inuenitur: Ergo supponitur, eam esse iure naturali irritam. Et quia spontaneum militem diligit Deus, nec promissionem coactam accipit; nam cum votum sit Religionis actus, ad quam solum spontaneum spectat obsequium, petit necessario materiam sponte oblatam. Sic Sotus l. 7. de iust. q. 2. a. 1. ad 2. & l. 8. q. 1. art. 7. & aliqui, Neoterici. Et in simili, nempe in matrimonio tali metu inito tenent multi alij, quos Sanch. l. 4. de matr. d. 14. num. 1. refert, & l. 4. cap. 3. num. 8. hanc sententiam satis esse probabilem profitetur.

369
Non irritatur
iure naturali.

Non irritatur iure diuino naturali, sed solo Ecclesiastico. Quia stando in iure naturæ ea deliberatio exigitur, ac sufficit ad voti valorem, quæ exigitur, & sufficit ad lethale piaculum (vt Probl. proximo vidimus). At hæc inuenitur cum tali metu: si quis enim eo metu coactus fornicaretur, mortaliter delinqueret. Itā Azor. p. 1. l. 11. cap. 15. q. 6. Bonac. tom. 2. d. 4. q. 1. pun. 3. §. 1. num. 6. Suar. l. 1. de voto, cap. 7. num. 1. Sanch. l. 4. sum. cap. 3. num. 9. Lessi. l. 2. cap. 40. dub. 3. num. 18. Basil. l. 7. de impedim. ord. cap. 29. num. 5. Palau. tom. 3. tract. 1 §. d. 1. pun. 5. num. 6.

370
Eiusdem sum
sententia.

Cum his opinor. Quia neque ex iniuria, neque ex defectu libertatis potest votum iure naturæ annullari: Ergo nullo ex capite. Antecedens probō quo ad libertatis defectum. Talis namque metus non tollit libertatem sufficientem ad meritum & demeritum: sed possunt cum illo opera bona ac mala compati. Ergo non tollit, vt sic coactus valide vouere valeat. Deinde diminutio libertatis æque prouenit ex metu iusto, ac ex metu iniusto. Si ergo metus iustus non impedit libertatem ad votum requisitam, nec illam metus iniustus debet impedire. Et hinc inferitur non impediri voti valorem ex iniuria. Nam iniuria commissa in tantum impedire voti valorem poterat, quatenus impediret, causas

illius adesse, nempe deliberationem ex parte vouentis, & honestatem rei promissa. Cum ergo hæc non impediuntur, neque voti valor impeditur.

PROBL. LXX:

Votum metu coactum irritum est, & non est irritum Ecclesiastico iure.

Constat irritum non esse iure naturæ, restat discutiendum, num Ecclesiastico iure sit irritum; Omnia vota metu graui facta iure Ecclesiastico sunt irrita. Quia cap. 1. de his que vi. de puella metu mortis a marito compulsa professionem emittit, & postea, mortuo marito, matrimonium contrahente, inquit Pontifex, debere compelli ad Religionem, si non consterit, ex graui metu concessisse, nec liberè ratificasse. Ergo à contrario si consterit graui metu concessisse, nec liberè ratificasse: ad Religionem non erit compellenda. Supponit ergo Pontifex metum grauem professionem irritare. Cum ergo eadem ratio in reliquis votis esse videatur, omnia vota dicenda sunt irrita. Sic Sotus l. 7. de iust. q. 1. art. 1. Valent. 2. d. 6. q. 6. pun. 4. Navar. cap. 12. sum. num. 51. Azor. p. 1. l. 11. cap. 15. q. 7. Sanch. l. 4. sum. cap. 3. num. 12. Lessi. l. 1. cap. 40. dub. 3. num. 18.

371
Iure Ecclesiastico
est irritum.

Nullum votum metu graui emissum irritum est iure Ecclesiastico, sed relaxandum venit. Quia nullibi constat, ius positium vllū votum irritare. Ergo non est asserenda hæc irritatio, cum sit iuris naturalis derogatoria. Porro textus, quibus hæc irritatio nititur, id minime probant. Non textus in cap. Perlatum. solum enim de professione loquitur. Ergo non est ad vota simplicia extendendus. Imo nec professionem irritat, neque irritam supponit. Non enim decidit, quid esset faciendum, si constaret, puellam metu coactam velum sumpsisse, nec postea liberè ratificasset ad summum colligitur per argumentum à contrario non esse compellendam ad Religionem, si hoc constaret. Quod optime stare posset cum voti obligatione: quia loco compulsionis relaxatio erat concedenda ob metum incussum. Alij textus citantur, qui minus sunt efficaces: verbi gratia cap. Cum dilectus. Nam ibi nullum fuit votum, sed quedam promissio (quæ votum vocatur) Cisterciensibus facta, ac iuramento firmata. Sed do, tibi votum, ac iuramentum fuisse, textus solum dicit, obseruandum esse: quia nec obseruatum vergit in dispendium salutis æternæ, nec fuit graui metu factum. Ex quo non liceret colligere, votum factum graui metu non esse obseruandum. Alijs probaret, iuramentum metu graui factum irritum esse: quod falsum omnino. Solum liceret inferri, ob talem metum esse facile dispensandum. Demum alia iura, quæ indicant, consensum coactum non esse consensum vt est ille cap. Cum locum, de sponsal. facilis explicatu est, si dicas, non esse consensum plene & perfecte liberum: si quidem mixtus est inuoluntario. Ergo nullus est textus huiusmodi irrationem probans: Haud est igitur asserenda. Itā Cardin. cap. 1. q. 1. casu

372
Non est irritum iure
Ecclesiastico.

casu 4. de his, quae vi. Syluest. verb. Metus quest. 8.
& verb. Votum 2. quest. 12.

373 Probabilis satis vnam, & alteram sententiam existimo. Ego autem putarim probabilius, professionem Religionis graui metu factam irritam esse Ecclesiastico iure. Reliqua verò vota, etiam illud, quod in susceptione Sacri Ordinis assumitur valida esse, venireque relaxanda. Ratio prioris partis est, quia esto in cap. Perlatum expresse non irritetur professio Religionis coacta satis supponitur, irritam esse aliis decretis: verbi gratia in cap. Praesens 20. quest. 3. ubi de Lamberto, quem pater coegit Monasticam vitam profiteri Nicolaus Papa profatur. Praesentem Clericum nomine Lambertum minime debere existimamus, sub tali violentia fieri Monachum. Et Trident. sess. 25. de Regular. cap. 10. concedit quinquennium ad reclamandum de nullitate professionis ob vim & metum, & ante debitam aetatem facta. Secunda conclusionis pars, nempe nullum aliud Votum iure Ecclesiastico esse irritum sic ostendo: Effectus iritationis est odiosus, ac proinde absque firmo fundamento haud est introducendus: At nullum in iure reperitur fundamentum, quo reliqua vota praeter professionem Religionis irritentur, vt ex pendenti textus facile constat. Ergo non sunt censenda irrita. Moneo sub professione Religionis vota post biennium in nostra Societate lesu emissa comprehendere debere. Quia verè constituunt Religiosum. Haec didici ex Basilio lib. 7. de matrimo. cap. 19. num. 9. Suario lib. 1. de voto, cap. 8. num. 5. Palao tom. 2. tractat. 15. d. 1. punct. 5. numero 3.

PROBL. LXXI.

Metus levis, quando est causa, sine qua Votum non emitteretur, illud irritat, & non irritat illud.

374 Non disputo, quando hic levis metus respectu fragilitatis personae, cui incutitur cadens in virum constantem censetur: tunc enim irritat Votum, vt potè qui verè in virum constantem verè cadit. Quaestio est quando is metus respectu personae, cui incutitur censetur levis, & viri inconstantis, at est causa sine qua Votum non emitteretur.

375 Profectò Votum id siue simplex, siue solemne professionis, siue Ordinis Sacri irritum est in foro conscientiae, nullamque obligationem parit: Secus autem in foro externo. Quia ius constituens discrimen inter vtrumque metum, innititur praesumptione, qua inclinatur credere, metum grauem esse causam, sine qua actus non fieret. Secus autem de leui praesumit. At ius praesumptioni innitens non habet locum in foro conscientiae, quando in eo contraria veritas constat. Item quia metus grauis idè irritat, quod plenam consensus auferat libertatem. Ergo metus quoque levis irritabit, quando eandem auferat existens causa vt actus fiat. Sic Nauar. sum. cap. 22. num. 51. Vbi generaliter tradit ad reddendum actum inefficacem coram Deo, sufficere quemlibet timorem minorem

insto, qui est causa sine qua non est actus. Et in propriis terminis voti solemnis professionis, & Ordinis Sacri tenet idem Nauar. alios allegans lib. 1. Consil. titul. de his, quae vi conf. 1. num. 9. & consil. 3. num. 4. & consil. 9. num. 2. & alibi.

Quodcumque sit votum ex metu leui minime irritatur, licet sit causa, sine qua Votum non immitteretur. Quia metus non irritat Votum eo quod quomodocumque voluntarium auferat, sed quod prudenter, ac rationabiliter auferat, eligendo rem tam grauem, ac est Votum, & professio, ratione illius timoris vitandi. Quod non contingit, quando metus est levis. Sed imprudenter, & irrationabiliter agitur. Nec verum est, iura hoc in casu iuri praesumptione. Ita Sotus lib. 4. de inst. quest. 2. art. 1. ad 2. Ludouic Lopez part. 1. Instruct. cap. 45. Valent. 2. d. 6. quest. 6. punct. 4. Sanchez l. 4. sum. cap. 3. num. 24. Sa verb. Metus, num. 3. Philarch. de offic. Sacerd. tom. 1. part. 2. l. 3. cap. 18. Azor. part. 2. l. 1. cap. 15. quest. 7.

Hoc probabilis reor. Addo tamen quamvis hic levis metus Votum non irritet, faciliorem tamen irritandi id causam praestare. Sicut de errore circa causam impulsivam Sanchez docet lib. 4. cap. 2. num. 51. Quia similiter motus hic voluntarium immittit. Item quia hic est sufficiens, vt iuramentum homini praestitum possit ab Episcopo relaxari. Hinc deduxerim, metum reuerentialem tantum irritare professionem, & quodvis Votum, quando ultra reuerentiam adfuit minae, & probabilis timor alicuius grauis incommodi, qui quidè est timor in viru constantem cadens. Denum quando est dubium, an metus sit grauis, necne, ad professionem, vel Votum simplex irritanda, praesumendum est in valoris voti fauorem, cum metum fuisse leuem, ac proinde non irritare. Quia cum constet de Voto, & excusatio dubia sit, stat pro Voto sine dubio professio.

PROBL. LXXII.

Votum obligat, & non obligat, quando error non adest. Voti tempore circa substantiales eius circumstantias, sed postea ille mutatur.

Recolo multiplicem esse errorem, vel ignorantiam. Primus ac praecipuus versatur circa Voti essentiam, vt si quis ignoret, Votum obligare: vel credit, non obligare semper, sed quovisq; violetur. Secundus versatur circa eius materiam. Tertius circa aliquas circumstantias, & conditiones. Quartus circa causam motiuam, vel impulsivam voti. Certè si ignorantia, vel error sit in obligatione Voti, votum non obligat: & idem est de ignorantia, seu errore in materia promissa. Ignorantia seu error circumstantiarum non impedit voti valorem, nisi in materiam promissam redundet. Si verò error adsit circa finem voti, eius valorem impedit: Secus si adsit circa occasionem, seu causam impulsivam. Quaeritur itaque, an quando non est error vel ignorantia tempore Voti circa substantiales eius circumstantias, redundantes

Seçt. II. De Precepto II. Problemata. 155

dantes scilicet in materiam promissam : sed postea illa mutentur, Votum obliget :

379 Minimè obligat, quando circumstantiarum substantialium ea mutatio facta est, quæ si promittenti occurreret, dum promissit, eam exciperet, aut de ea tunc interrogatus responderet, mentem suam non fuisse, in eo euentu se obligare, quamvis absolute promissit, nil de illis euentibus cogitans. Quia liberalis promissio non est extendenda ultra promittentis intentionem : At huius intentio est, nolle se in eo euentu obligare. Sic Molina tom. 2. de iust. d. 27. 1. Nauar. sum. cap. 18. num. 7. Tabie. v. iurare. q. 15. num. 16. Armil. v. iuramentum, num. 35. Angel. v. iuramentum 4. in primo.

380 Obligat planè, Quia si prima sententia vera esset, nullus esset in rebus humanis firmus contractus. Quippe sæpe contingunt aliqua, quæ si fuissent præuisa contractus non celebrarentur, nec ad eum euentum se contrahentes obligassent. Ita Caiet. 2. 2. q. 88. art. 3. Sotus l. 7. de iust. q. 2. art. 1. ad 3. Ludou. Lopez p. 1. instr. cap. 43. Valent. 2. 2. d. 6. q. 6. num. 4.

381 Ego quidem cum Santio l. 4. sum. cap. 2. n. 20. vitamque sententiam conciliabo. Certissimum est, rebus mutatis excusari quempiam à voti, iuramenti, aut promissionis obligatione. Quod in promissione omnes fiuntur, etsi promissio illa voto, vel iuramento fuerit firmata: hæc enim intelliguntur, rebus in suo statu permanentibus. cap. Quemadmodum, de iureiur. Porro non omnis mutatio satis est, ut votum, vel iuramentum vel promissio deobligent, sed exigitur notabilis mutatio. Ut docet Henric. l. 1. cap. 14. num. 1. Alioquin passim dissoluerentur omnes contractus, omniaque vota, & iuramenta cessarent: cum aliqua rerum mutatio sit frequentissima : & hoc solum probat primæ sententiæ fundamentum. Nec est firma regula in vniuersum intellecta, nempe eam mutationem satis esse, ad quam vouens de hoc interrogatus dicit, fore, ut non voueret, si prænosset. Sed debet intelligi, quando mutatio rei promissæ ita est notabilis, ut quasi eam alio in statu constituat, & diuersa res ab ea, quæ promissa est, videatur.

PROBL. LXXIII.

Obligat & non obligat votum nunquam peccandi, aut venialiter non delinquendi.

382 Regula est ab omnibus recepta, impossibilia Deo promitti non posse. Quia ad illa facienda, non potest suscipi obligatio. Regula, Nemo potest, de regu. iuris in 6. Quod non solum verum habet in rebus absolute impossibilibus: sed etiam in iis, quæ comparatione promittentis impossibilia sunt. Nam eo ipso non poterit promittens ad illa se obligare. Multipliciter autem votum non peccandi fieri posse præmitto. Primo, si votum fiat non peccandi mortaliter. Secundo, si fiat non peccandi mortaliter, nec venialiter. Tertio, si fiat non peccandi absolute. Quarto, si fiat non peccandi venialiter in hac materia determinata,

vel in hoc genere peccatorum. Si votum fiat non peccandi mortaliter, validum est, ut potest de re possibili non viribus naturæ, sed gratiæ, quæ omnibus ea vi volentibus, diuinæque misericordiam implorantibus est parata. Quæsierim autem, an validum sit votum non peccandi mortaliter, nec venialiter?

Validum est. Quia lex diuina obligat, vitare omnia peccata mortalia, & venialia: alias quis non peccaret si propositum haberet, aliquando venialiter delinquendi: sed ad id, ad quod lex diuina obligat, quilibet potest se per votum obligare, utpote ad rem perfectam, & possibilem: Ergo potest se quis obligare non solum ad vitanda peccata mortalia, sed etiam venialia. Sic Nauar. sum. cap. 12. num. 34. expresse tenere videtur, dum ait, vouentem in genere, se amplius non peccaturum, teneri, dum peccat exprimere voti circumstantiam siue mortaliter, siue venialiter deliquerit. Angles p. 2. q. vii. de voto, art. 1. diff. 8.

Non est validum votum quoad omnium peccatorum collectionem. Quia etsi vitare omnia peccata mortalia, ac venialia sit cuiusque (speculatiue loquendo) physice possibile, at moraliter & spectato communi rerum cursu, & auxiliis à Deo concessis, impossibile est: ut experientia docet: sed ad ea quæ moraliter impossibilia sunt, lex humana positiua obligare non potest: Ergo neque votum. Ita Sotus l. 7. de iust. q. 1. art. 3. Valent. 2. 2. d. 6. q. 6. pun. 2. Sanch. l. 4. sum. cap. 5. num. 10. Lessi. l. 2. cap. 40. dub. 7. num. 31. Suar. l. 2. de voto. cap. 3. n. 5. Pala. tom. 3. tr. 5. d. 1. pun. 8. §. 1. num. 5.

Hoc longè verius putarim, nec obitare, legem diuinam naturalem ad vitanda omnia illa peccata obligare, ut manifeste probat primæ sententiæ fundamentum: ut inde inferatur, quem per votum obligari posse. Quia illa obligatio est velut rationalis naturæ proprietates: ac proinde non mirum, si solummodo potentiam physicam spectet. Nam rationali naturæ, quæ talis est, accidentaria est moralis impossibilitas proueniens ex appetitu rationi non subiecto. At obligatio voti, & cuiusvis legis positiuæ cum subsequatur hanc moralem impossibilitatem, illam spectat, ac proinde cum illa comparari non potest.

PROBL. XXIV.

Votum vitandi omnia peccata tam mortalia, quam venialia, quod non potest obligare ad totum: obligat, & non obligat ad partem.

386 Esto votum vitandi omnia peccata sit absolute moraliter de materia impossibili: quæsierim tamen, an obliget ad partem nempe ad vitanda saltem peccata mortalia? Obligat quidem. Quia quoad illam partem possibile est huiusmodi votum: & cum sit pars omnino distincta, & separabilis ab alia parte, non peccandi venialiter: credendum est, ex huius coniunctione alteram non vitari. Sic Suar. l. 2. de voto, cap. 3. num. 16. & alij.

Minimè

387
Non obligat
ad partem.

Minime obligat. Quia sic vouens per modum vnus collectionem omnium peccatorum vitare intendit. Ergo constituta impossibilitate aliquot peccata vitandi, votum videtur ex nulla parte tenere. Nam comparatione vouentis non habet partes, cum omnes per modum vnus Deo offerantur. Et confirmo. Si illud votum, qua parte respicit vitationem peccatorum mortalium: subsistere debet, quia hæc vitatio & possibilis est, & separari potest à vitazione venialium. Cū autē in ipsis peccatis venialibus plura sint, quæ vitari possunt, & ab aliis sint separabilia: efficitur sanè, votū quoad illa tenere. Hoc autē esse nō potest: Tū quia non est maior ratio de his peccatis, quam de illis, cum quolibet in particulari sumptum vitabile sit. Tū etiam, quia omnia illa per modum vnus offeruntur vitari. Ita Sanch. alijs relatis. l. 4. sum. c. 5. n. 10.

388
Auctoris re-
solutio. Pōi
plura de hac
obligatione.

Dixerim, si expressam voluntatem quis habuit, non se obligandi vitare mortalia, nisi simul obligatus maneret omnia venialia vitare: votum minime tenere. Quia non purgatur conditio, sub qua ille obligationem intendebat suscipere; sed raro quis hanc voluntatem habet; potius enim intendit se obligare, quantum obligari potest. Nam qui amore virtutis, ac reuerentia Deo debita promittit, non peccatum, offert Deo vitare omnes, & singulas eius offensiones & peccata, quæ per se, & ex natura rei ab alijs separantur censendus est offerre. Ergo vouens non peccatum censendus est obligatus ad non peccandum mortaliter; quia & peccatum mortale à veniali separatur, & obligatio vitandi mortalia ab obligatione vitandi venialia frequenter sciungitur. Hinc colligo, votum de re possibili partim, & partim impossibile, non valere, si vouens expressam voluntatem habuit non se obligandi ad partem possibilem, quin ad totum obligatus maneret. Quia votum est lex, quam sibi vouens imponit, & ultra illius intentionem non est extendenda. At si de hac expressa voluntate non constat, spectanda est materia promissa, quæ si partes habeat separabiles, & obligatio partis possibilis ab impossibili comparte non pendeat spectato communi stylo, & si vouendi, votum quoad partem illam possibilem tenet: secus verò si partes inter se copulentur. Quia quisque præsumi debet intentione obiecto accommodata vouere. Exemplum voti habentis partes separabiles est. Si mulier, quæ viuente marito, & absque eius consensu venit castitatem: obligata manet ad non petendum, tamen ad non reddendum obligari non potuit. Verum voti habentis partes inseparabiles sit: si voueat quis Monasterium edificare, & paupertate superueniente, non possit nisi partem, ad eam non tenetur; quia per modum vnus censendus est, Monasterij extruccionem promississe.

PROBL. LXXV.

Validum est, & non est validum votum, quo quis promittit, quantum in se est omnia peccata venialia vitare.

389
Validum est.

Validum planè est. Quia talis promissio possibile habet obiectum, conuenitque cum proposito vitandi omnia peccata venialia,

quantum cum diuina gratia, & humana fragilitate id fieri possit: quod propositum passim viri perfecti habent, obligatque speciale curam, ac diligentiam adhibere. Sic Sanch. l. 4. sum. cap. 5. n. 11. Lessi. l. 2. c. 40. dub. 7. n. 11.

Minime est validum. Quia est de obiectio humana ratione incognoscibili. Quis enim dignosceret, quandò debitam diligentiam adhibet, præcipue in peccatis, quæ ex surreptione contingunt, quæque plenam aduertentiam, ac considerationem præueniunt: Ita Palautom. 3. tract. 15. d. 1. pun. 8. §. 1. num. 1.

Hoc probabilis esse reor. Nam votum cum obligationem inducat, debet esse de re certa, ac determinata, vouentique cognoscibili. Secus, verò est in proposito, quod quia obligatorium non est, eam non postulat distinctionem. Contra est votum facendi omnia venialia, quod quidem est validum. Quia est de materia possibilis, ac determinata. Non enim intelligitur factum de fatendis omnibus venialibus absolute, sed de fatendis iis, quæ facta mediocri diligentia, memoria occurrerint. Sanch. citat. numer. 20.

PROBL. LXXVI.

Valet, & non valet votum elemosynam faciendi, si quis ex bello iniusto euadat incolumis.

Suppono ex sess. 1. votum debere esse necessarium de re bona, & honesta. Quia debet esse gratia Deo, cui fit votum: alias illam non acceptabit. Deo autem gratum esse non potest, quod non sit bonum, & honestum. Nam in eius cultum, & obsequium cedere non potest. Hinc fit, nullum actum indifferentem, dum in ea indifferentia persistit, voti esse materiam. Quia actus indifferens honestus saltem non est, & consequenter incapax diuini cultus, & obsequij. Verum aliqua sunt vota, de quibus non constat, num finem honestum, vel turpem habeant. Quocirca quaeritur, an votum elemosynam gerendi, si ex bello iniusto quis euadat incolumis, validum sit?

Validum quidem est. Quia res promissa in huiusmodi voto, bona est, & finis, sub quo promittitur, etiam est bonus; bonum namque est, & petitione dignum, posito bello iniusto, quod quis aggredi intendit, incolumem, & saluum euadere. Et licet in re hic finis actum illicitum supponat, at in vouentis intentione non videtur supponi: sed præcindi ac separari. Sic Laym. l. 4. tract. 4. cap. 2. num. 7. Lessi. l. 2. cap. 40. dub. 7. num. 3. Suar. l. 2. de voto, cap. 5. numer. 14. & 16. Sanch. l. 4. sum. cap. 6. num. 13. alijs relatis.

Non est validum. Quia ea elemosyna oblata non intendit ille incolumitatem absolute obtinere, sed bello iniusto: Ergo votum hoc finem turpem habet: siquidem in incolumitate optata bellum iniustum imbibit. Ita Palautom. 3. tract. 15. d. 1. pun. 8. §. 3. num. 1.

Planum hoc mihi, quod alio exemplo confirmarim. Quis ex concubina filium expetit accipere, & ut impetret antequam eam cognoscat, votum elemosynæ gerendæ emit. Votum

tum non valet; quia filius quem impetrare ex-
oprat est ex illicito concubitu: Ergo intentio
obtinendi talem prolem ab illicito concubitu
intentione separari non potest. Idem est de in-
columitate ex bello iniusto exorta. Nam licet
iniustum bellum non sit medium ad incolumita-
tem, est tamen medium ad incolumitatem,
quam ille desiderat; quia desiderat incolumita-
tem quæ terminus sit belli iniusti. Simile quip-
piam de voto facto à ludente ludo illicito, si in
ludo vicerit, ac lucrum reportauerit: & à me-
retrice, si abusu sui corporis magnam pecuniæ
vim obtinuerit. Hæc omnia Vota irrita sunt
& blasphemæ, utpote pro impetratione turpi
emissa.

PROBL. LXXVII.

*Validum est, & non est validum votum
ei sum in gratiarum actionem pro in-
iusta victoria parta, vel pro filio ex con-
cubitu edito.*

396 **N**on est validum, sed Blasphemum. Quia
vovens indicat, Deum fuisse iniustitiae, ac
turpitudinis authorem. Si enim Deum per vo-
tum excitare ille non poterat, ut victoriam ini-
ustam concederet, & filium ex concubitu
turpi donaret: quia horum author non est,
quomodo poterit quis pro illis Deo gratias of-
ferre? Ergo quia ratione unum votum est ir-
ritum, etiam & aliud. Sic Sanch. lib. 4. sum.
cap. 6. n. 1. & 11. Lessi. lib. 2. cap. 40. dub. 7. num.
37. Laym. lib. 4. tract. de voto, cap. 7. num. 2. &
alii communiter.

397 **V**alidum per se est huiusmodi votum. Quia
non est censendus ille agere gratias pro victo-
ria iniusta ex ea parte, qua iniusta fuit, & à
se processit: sed pro ea victoria, quatenus pro-
cessit à Deo: & idem de filio inique acquisito
dixerim: Sed secundum hanc rationem bonum
quid est, & honestum? Ergo in eius laudem,
gratitudinis causa. Votum offerri potest. Ita
Suar. lib. 2. de Voto, cap. 4. numer. 19. Palaus
tom. 1. tract. 1. §. d. 1. punct. 8. §. 1. num. 4.

398 **E**iisdem sum mentis. Neque obstat existi-
mo ante partam iniustam victoriam, vel turpi-
tudinis executionem illum non potuisse Vo-
tum offerre Deo pro illa obtinenda, aut filio
accipiendo tamen non videatur illud offerre
pro ea parte, quæ iniusta est, & ab illo procedit;
sed pro ea parte, quæ à Deo est processura.
Quia est longè diversa ratio. Nam eo ipso,
quo offert Votum ad impetrandum à Deo auxi-
lium pro iniusta victoria, aut prole iniqua in-
tendit Deum habere cooperatorem suæ ini-
ustitiae, ac turpitudinis: quod est cœlesti Numi-
ni iniuriosum. At iniustitia, & iniquitate
iam perpetrata, optimè potest auxilium Dei
ab ea præscindere: & pro illo gratias agere ac
Votum offerre. Et à fortiori potest præscindere
ab iniquitate effectum victoriae, scilicet inco-
lunitatem, honorem recuperatum: & in gra-
tiarum actionem horum bonorum Votum Deo
litare.

PROBL. LXXVIII.

*Vitiatur, & non vitiatur votum, quando
emittitur pro rebus temporariis, obli-
gandis, quæ ex se indifferentia sunt,
nec à vovente referuntur ad alium
superiorem finem, quo honestentur, sed
in illis solis sistuntur.*

Non vitiatur votum rei bonæ, eo quod fi-
nis sit indifferens. Quia ratio voti solum
petit, ut eius materia sit melior, quam contra-
riatid autem minimè petit circa eius finem. Et
quia quamvis Deus non acceptet votum ob
solas res obtinendas emissum tanquam meriro-
rium, placet tamen ei, ut hæc obligatio valida
sit: ut postea per voventis intentionem ad me-
liorem finem ordinetur. Sic Richard. in 4. dist.
38. a. 1. q. 2. & 1. Angel. v. Votum 1. n. 4. Sylvest.
v. Votum 1. quest. 4. disto. 2. Palati. in 4. dist.
38. d. 1.

Vitiatur votum rei bonæ, si finis sit indiffe-
rens ordinatus ad ea temporaria assequenda
aliunde quam à Deo. Quia quicumque suo vo-
to, & suis bonis operibus intendit aliquid tem-
porarium obtinere à Deo, vel pro illo obtento
gratias agere, eo ipso Deum authorem illorum
bonorum esse fatetur: unde res illa voto pro-
missa conducit ad Dei honorem, & erit legiti-
ma voti materia. Quod quidem minimè repe-
ritur, quando aliunde eas res obtinere vovens
intendit. Ita quidam Iuniores, quo, presso no-
mine Sanch. memorat. l. 4. sum. cap. 7. nu-
mer. 24.

Certe loquendo de voto, cuius finis est res
quædam indifferens, sic distinguo: si res illa
indifferens sit finis materiæ per votum promissæ,
eo quod hæc materia solum ordinetur ad
finem illum à Deo, vel aliunde assequendum:
votum est profus irritum. Quia cum in mo-
ralibus species rei sumatur à fine, talis est res,
qualis est finis. Ergo sicut si finis illius rei pro-
missæ esset malus, ipsa quoque mala esset: ita
si finis sit indifferens, ipsa quoque indifferens
erit. At votum rei indifferentis minimè obli-
gat, si autem finis rei promissæ ordinet eam ad
agendas Deo gratias pro illa re indifferenti ob-
tenta: aut sit finis solius voti, ordinando illud
ut illam rem indifferentem obtineat suæ à Deo,
suæ aliunde, seu ad agendas Deo gratias pro re
indifferenti obtenta, votum valebit. Itaque
tunc tantum non valet, votum hoc quando res
promissæ ordinatur ad rem indifferentem asse-
quendam. Quia quando votum, siue res ipsa
promissæ ordinatur ad gratiarum actionem
pro iis obtentis, finis non est indifferens, seu op-
timus. Si autem sit finis voti solius ordinati
ad solam eius finis indifferentis assecutionem:
quamvis hic finis sit omnino indifferens, &
proinde si rem promissam afficeret, votum ir-
ritaret: at non irritat, quando est finis solius vo-
ti. Quia tunc, cum res promissæ non afficiatur
eo fine: utpote qui non est eius finis: manet
bona, ac legitima voti materia.

PROBL. LXXIX.

*Votum potest, & non potest esse de rebus
praeceptis.*

401
Non potest
esse votum.

Non potest propriè esse votum. Quia votum quis assumit ad firmandam suam voluntatem, illamque obligandam operis promissi executioni. Sed comparatione operis praecepti est firmata eius voluntas, & obligata executioni talis operis Superioris praecepto, & voluntate: Ergo opus praeceptum non potest propriè esse Voti materia. Sic D. Thom. in 4. dist. 8. quest. 1. art. 1. quest. 1. Durand. ibi. q. 1. Lyra. Deut. 2. 3. in ea verba: Cum votum voueris. Gerson. part. 2. alphab. 2. 5. litt. f. & T. D. Antonin. part. 2. tit. 1. cap. 2. §. 1. Angel. v. Votum 1. num. 1. Syluest. ibi. quest. 4. Tabien. quest. 2. Arboreus lib. 1. 9. 7. heosoph. cap. 6.

403
Votum esse
potest.

Potest esse votum de rebus alijs praeceptis, quamvis votum propriissimè sit de rebus consilij. Quia huiusmodi res sunt absolute ac simpliciter liberae, & solum secundum quid necessariae, nempe necessitate praecepti: Item sunt honesta, & Deo ita grata, ut opposita grata non sint. Ergo sunt apta, ut Deo in cultum offerantur. Haec enim oblatio libera, & spontanea ex praecepto non impeditur. Quia praeceptum non cogit ad obligationem, neque voluntatem necessitat, sed liberam absolute relinquit, ut opus praeceptum exequatur. Ita Valent. 2. 2. d. 6. qu. 6. pun. 1. Navar. c. 1. 2. sum. n. 25. Azor. p. 1. l. 1. c. 13. q. 1. Sanch. l. 4. sum. c. 5. n. 6. Suar. l. 2. de Voto, c. 6. n. 4. Less. l. 2. c. 40. dub. 7. n. 47. Laym. l. 4. tr. de Voto, c. 1. n. 9. & alij apud ipsos, ex D. Tho. 2. 2. d. 88. a. 2. & ibi Caiet. dub. 1.

404
Hoc est ibi in
dubitatione.

Hoc omninò mihi indubitat, Cuiuslibet enim actui plures obligationes adesse possunt. Potest enim quis iuramento obstringi ad seruandum ieiunium ex praecepto temperantiae debitum: & ad seruandam Fidem diuinam ex praecepto Fidei debitam: & ad seruandam promissionem homini factam ex iustitia vel fidelitate debitam humanam; & in professione Religionis Religiosi obligantur ad castitatem seruandam, alioqui ex praecepto naturali debitam. Non igitur vna obligatio alteram impedit: Sed potius virtutem promouet, & voluntatem in bono firmiorem reddit, utpote pluribus vinculis illigata. Ceterum siue hanc, siue illam sententiam eligas: minimè tamè audias Gersonem, & Tabienam citatos asserentes, transgressionem huiusmodi votorum grauiorem esse ratione voti, quàm si solum praeceptum esset: (quod certum est): at non mutare speciem nec esse necessariò voti fatendam circumstantiam. Quippè eque certum est, mutare speciem, ac necessariò aperiendam esse in confessione. Quod constat ex c. Impudicas, & cap. Sacriligij, 27. q. 1. ubi fornicantes contra castitatis Votum. Sacriligi appellantur.

PROBL. LXXX.

*Votum non vouendi, validum est, & non
est validum.*

405
Certum recolo.

Constat ex sect. 1. ad votum non sufficere rem promissam esse bonam & honestam;

Sed debere esse meliorem, quam sua contradictoria. Ne obligatus sit vouens ad omittendum id, quod melius est, ac Deo gratius: quod nec diuino obsequio, nec nostrae est consonum perfectioni. Sunt itaque aliqua Vota, de quibus dubium est, num meliori bono opponantur. Quasi in primis, an votum non vouendi validum existat.

Non est validum. Quia opponitur contradictoria Votorum emissioni, ad quam Deus consultat, & inclinat. Sic Doctores, & verè quidem: Loquendo sic absolute. Nam vouere est consilij Evangelici, atque Religionis actus. Vnde Sanch. citandus docet, ex se, & absolute Votum non vouendi esse irritum, quia opponitur consilio Evangelij. Verum omnia Vota consilij Evangelici opposita nulla sunt: verbi gratia Vota non suscipiendi Ordines, non ingrediendi Religionem: non mutuandi, non fidei debendi, non erogandi eleemosynam, & similia. Quia haec negationes per se nullam habent honestatem, & ex se maioris boni executionem impediunt cum consilia semper de meliori sunt bono. Ergo Votum non vouendi impediens melius vouendi bonum irritum est omninò.

Non est irritum, sed omninò validum. Quia potest quis Votum non vouendi emitte, ad vouendi temeritatem, ac facilitatem, scrupulos, & alia peccata inde exurgentia praecauenda. Exempli gratia, si quis voueret, se nunquam emissurum Votum, nisi ex Confessarij consilio, vel nisi verbo aut scripto coram aliquibus personis. Quia conditiones haec non excludunt Votum, sed Votorum emissioni convenientem planè conditionem apponunt ad eorum vitandam temeritatem. Ita Azor. p. 1. l. 1. cap. 1. q. 6. Suar. l. 1. de voto, c. 1. n. 5. Less. l. 2. c. 40. dub. 7. n. 45. Sanch. pluribus relatis l. 4. sum. c. 8. n. 14. Pala. tom. 3. tract. 15. d. 1. punct. 8. §. 5. num. 1.

Hoc certum esse puro adiciens, eum, qui absque huiusmodi circumstantiis votum emisit, peccare, temeritatis reum, ut Lessius, & Santius aduertunt: Votum autem sic emissum etsi peccaminosum (regulariter quidem venialiter ob leuem materiam) tenere, si alioquin sit de re meliori. Quia peccatum in vouendo commissum non tollit voti valorem, ut probat Sanchez ibi. n. 16. Quod si immemor prioris Voti, quis Votum emitteret, distinguere: Si cum prius Votum emisit expressam habuit voluntatem non solum non vouendi absque praefatis circumstantiis, sed nec se obligandi, si forte voueret, Votum non tenet. Quia prior illa voluntas non se obligandi, perleuerat: nec censetur noua voti emissionem retractari. At si illam voluntatem non habuit, valet omninò Votum. Quia nihil est, quod illius valorem impediatur. Suar. l. 2. de voto, cap. 1. 1. num. 5.

PROBL. LXXXI.

*Validum est, & validum non est Votum
non petendi Voti dispensationem.*

Profectò si sub aliqua limitatione Votum emitatur, nempe non petendi Voti relaxationem

Seçt. II. De Precepto II. Problemata. 159

tionem absque causa legitima, certum est, votum valere. Quia est votum de non gerendo peccatum. Si quidem petere, vel concedere voti relaxationem absque causa, peccatum proculdubio est. At si hanc limitationem non exprimat, sed generaliter vovet non petendum dispensationem, quaesierim, an votum sit validum?

410 Non est validum votum. Quia voventi melius & utilius est aliquando, petere dispensationem, quam illam non petere, nempe quando transgressionis periculum adest. Ergo ad illum casum non se potuit votum extendere: Ergo non se extendit ad non petendum dispensationem, quando haec maior cessat utilitas. Ultimam probo consequentiam. Quia per modum vnius omnes casus utiles, comprehenduntur: neque apparet, quo iure, aut consuetudine ad solos casus utiles extendatur. Sic Sanchez lib. 4. de voto cap. 8. num. 21. Cui fauere Sotus lib. 8. de iust. q. 1. a. 9.

411 Est validum votum, & obligat, quoties non fuerit utilius voventi dispensationem non petere. Quia votum habens materiam diuiduam, & separabilem aliam aptam, aliam ineptam: si ea, quae apta est, frequentius, & in plurimum contingat: credendum est, diuisibiliter, & separabiliter eam aptam materiam respicere, dum de contraria intentione aperte non constat. Quia hic respectus est materiae proportionatus, & fauet actui valori. Ita Suarez lib. 2. de voto cap. 11. num. 6. Palaut tom. 3. rr. 15. puncti 8. §. 5. num. 4.

412 Verius hoc credo, nec obitare, votum non fidei iudicandi, non mutandi absolute prolatum invalidum esse: tamen si habeat materiam aptam, & ineptam. Quia in voto non fidei iudicandi, nec mutandi per se, & frequenter materia inepta respicitur: cum fidei iudicare, ac mutare per se consilij sint opera. At in voto non petendi dispensationem per se materia apta respicitur, nempe firmari in obligatione voti absque spe liberationis. Vnde votum non petendi dispensationem validum esse potest, tamen si votum non mutandi, aut non fidei iudicandi sit invalidum.

PROBL. LXXXII.

Ex voto non petendi communicationem, manet quis obligatus, & obligatus non manet, ad non petendam compensationem, vel irritationem.

413 Ex vi voti non petendi dispensationem, aut irritationem, commutatio pura non potest excludi. Quia commutatio non tollit absolute voti vinculum, sed in aliud commutat, & subrogat. At vovens non petere dispensationem, vel irritationem libertatem à vinculo voti sibi interdicit, non autem subrogationem: & hoc verissimum. Secus dicendum de voto non petendi commutationem, quod quidem ad non petendam dispensationem, aut irritationem extenditur. Quia qui sibi imperfectionem libertatem à voto interdicit, a fortiori cefetor, sibi interdicare liberationem plenam, atque

Esob. & Mend. Theol. Moral. Tom. IV.

que perfectam. Verum si votum sit de non petenda dispensatione extenditur ad irritationem non petendam: & è contra. Quia animus sic promittentis est, non liberari à voti obligatione. Sic Sanchez lib. 4. sum. cap. 8. num. 31.

414 Ex vi voti non petendi commutationem, non prohibetur quis dispensationem, aut irritationem petere: neque ex vi voti non petendi dispensationem, prohibetur irritationem postulare, aut è contra. Quia hi modi omnino sunt distincti, neque vnus in alio includitur. Non enim qui habet potestatem vota commutandi, ea dispensare potest, neque qui potestatem habet dispensandi, ea potest irritare, & è contra: Ergo ex parte obiecti, & materiae promissa vnus in alio non includitur: sed obligatio voti non desinitur ex solo animo promittentis, nisi talis animus in obiecto, ac materia promissa exprimat: Ergo quamvis vovens, non petere commutationem, vel dispensationem, intenderit, nunquam liberari à voto: quia tamen id non expresse non liberari à voto illo modo: censendus est, solam hanc voti obligationem, sibi interdixisse. Ita Palaut tom. 3. rr. 15. d. 2. puncti 8. §. 5. m. 5.

415 Licet censuerim Sancti sententiam valde esse probabilem, iudico mentem amicissimi Ferdinandi à Castro Palao esse probabilior. Moneo tamen, si causa subit obtinendi dispensationem à principali voto, non impediri efficaciter ex voto dispensationem non petendi. Quia huius ultimi voti, quod reseruat non est, potest dispensationem quis petere: & illo sublato, secundum poterit dispensari. Item potest votum vtrumque Praelato manifestare, ut ipse ex officio praestet dispensationem, si vtiliorem voventi esse iudicauerit. Suarez lib. 2. de voto, cap. 11. n. 6. & Sanchez. ibi, num. 36.

PROBL. LXXXIII.

Validum est, & non est validum votum, ad Episcopatum non ascendendi.

416 Validum non est. Quia qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat: Ergo illius susceptio bona est: Ergo illius privatio bona esse non potest. Certè Episcopatus status est perfectionis: Ergo quis nequit se obligare ad illum non assumendum: quia esset obligatus viam perfectioni pracludere, & Ecclesiae statum perfectissimum fugere: & fortasse ea de causa Gregorius Magn. cap. xiii. §. 5. mandat inquiri de quodam Archidiacono Florentino, qui ad Episcopatum fuerat electus, an iusturandum emisisset, nunquam ascendendi ad Episcopatum. Non autem eam inquisitionem fieri iuberet, si tale iuramentum, aut votum esset honestum. Ergo dicendum est huiusmodi votum non valere. Sic Gloss. ad c. xiii. v. Sacrosanctis. Nauar. sum. c. 12. n. 16. Syluest. v. iuramentum 4. num. 1. Azor. p. 1. lib. 11. c. 5. q. 1.

417 Est validum huiusmodi votum. Quia negari non potest, Episcopatum ob splendorem honoris, & dimicium, & animarum regimen, multis periculis esse obnoxium. Vnde cuique si propriam spectet utilitatem commodius, vtilius erit illum fugere exemplo D. Augustini, Ambrosij, ac Gregorij, aliorumque Sanctissimorum Pontificum.

ficiunt, qui hunc statum totis viribus respue-
bant. Ergo potest materia huius voti de melio-
ri bono existere. Ecclesiæ verò hoc votum non
præiudicat, cum non impediatur sic vouentem
præficere Episcopatu, cum sibi utile esse ad-
iudicauerit. Ita D. Tho. 2. 2. q. 185. ad 2. Suar.
l. 2. de iuram. c. 13. n. 13. & l. 2. de voto, c. 11. n. 10. &
11. Laym. l. 4. tr. 4. c. 2. n. 14. Sanch. l. 4. sum. c. 8. n.
37. Manuel. to. 2. sum. c. 9. n. 15. Corduba sum. q.
154. Sotus l. 10. de inst. q. 2. a. 2. ad 3. Gutier. p. 1.
de iuram. c. 7. n. 9.

418
Hoc ratio &
expono.

Profecto tale votum validum esse certissimum
puto, si recta intentione emittatur, hoc est, si
fiat de non procuratio, neque acceptatio Epif-
copatum quantum est ex parte vouentis, nisi
necessitas, vel utilitas Ecclesiæ, vel superioris
præceptum urgeat. Votum verò sic emissum valde
utile Ecclesiæ esse reor. Reddit enim Ministros
aprioris, ac vtiliores, ad regimen obeundum. Nā
quo magis ab ambitione sunt abstracti, di-
gniores fiunt, & exactius officia exercēt. Admit-
to quidem, Episcopatu opus esse bonum, ab eo,
qui irreprehensibilis est & qualitates habet ab
Apostolo 3. Tit. 1. re quistas, quas de se nemo
debet præsumere; sed esto sit opus perfectum: est
tamē periculosum, ac proinde consilium cuiuslibet
particulari eū ex parte sua respicere, quā appe-
tere. Crediderim verò D. Gregoriū inquisitionē
gessisse, an ille Archidiaconus iurauerit, ad Epif-
scopatu non ascendere, non quod tali in iuramento
piaculū patrasset: sed ut videret, hū expediret
sic iuramento obstrictum ad Episcopatum pro-
mouere, an potius eum in suā conseruare hu-
militatis affectu.

PROBL. LXXXIV.

*Validum est, & non est validum votum ab-
stinendi à delicatis cibis, & ab honesta
recreatione.*

419
Validum non
est.

Validum non est. Quia uti cibis delicatis
quando expedit valetudini, honestum est,
& idem est de honesta recreatione in leuamen
naturæ assumpta: At priuatio actus honesti ho-
nestatem non habet formaliter: Ergo votū de
priuationibus præfatis est inualidum. Et quia
nulla est virtus moralis, cuius exercitium con-
sili non valeat, & à superiore præcipi: Ergo
præcipi potest recreatio honesta, & cibi vtilio-
ris sūptio: Ergo potest de iis esse votū: Ergo de
oppositis non potest. Sic plures, quorū senten-
tiam merito veram esse ait Palaeus citandus.

420
Validum est.

Est validum. Quia licet moderata recreatio,
& temperata cibi moderati sūptio actus vir-
tutis sint, cum ob aliquam circumstantiam
specialiter non sunt valde necessaria, melius,
ac vtilius animū est, ab his abstinere. Eorum
namque abstinentia & corporis mortificatio,
& penitentia virtus exercetur, & anima
disponitur, ut nobilioribus virtutis operibus
incumbat, remotis impedimentis, quæ illi ob-
stare possent. Quia ratione votum pauperatis
est validum. Nam esto bonum esse possit diui-
tias habere ad pietatis opera exercenda: quia
tamen assolent impedimento esse, melius est
eas renūciare. Ita Sanch. l. 1. de sponsal. d. 4. n. 4.
& 5. Lessi. l. 1. c. 4. dub. 5. n. 43. Palaeus to. 3. tr. 15.
d. 1. pun. 8. §. 5. n. 10. Suar. l. 2. de voto, c. 8. n. 5.
Azor. p. 1. l. 1. c. 13. q. 7.

421

Profecto illa vota frequenter sunt inualida,

ut fert prima sententia. Aliquis tamen casus
specialis dari potest in quo ob charitatē pro-
priam, vel alienam, vel ob alium rectum fi-
nem, iudicaretur, melius recreari aut cibis de-
licatioribus aut ludo honesto, quā ab iis ab-
stinere, quod ratū contingit.

PROBL. LXXXV.

*Tenet, & non tenet votum, perpetuum in
Xenodochio inferendi, aut laxiorem
ingrediendi Religionem.*

Minime tenet. Quia ob stare videtur Re-
ligionis ingessui, & consequenter melio-
ri bono, & impedit, ne quis strictius Regulare
in eam institutum. Sic aliqui Neoterici in ma-
nuscriptis.

422

Tenet omnino. Quia quando votum inclu-
dit aliquod bonum, quod est sufficiens ipsius ma-
teria, quāvis perfectior bona excludat validū
est. Nā materia illa promissa nepe perpetuum
in Xenodochio obsequiū, & in Religione la-
xiori professio est sufficiens voti materia res-
pectu status imperfectioris, quem tunc vouens
habet. Ita Suar. l. 2. de voto, c. 7. n. 6. & c. 9. n. 22.
Valent. 2. 2. d. 6. q. 6. p. 2. conc. 2. Sanch. l. 4. sum. c.
8. n. 40. Laym. l. 4. tr. 4. c. 2. n. 12. & alij cōmuniter.

423

Primam sententiam improbabilem omnino
esse ratus, secundam esse certam assumo. Quia
contradictorium horum votorum non est me-
lius. Non enim melius est non inferuire Xe-
nodochio, quā ibi pauperibus ministrare. Et
licet stante huiusmodi seruitio, quis non possit
Religioni addici. Quia tamen illud seruitium
potest quis omittere, & loco illius Religionem
inire: illud votum non est meliori boni impe-
ditum. Similiter votum ingrediendi Religio-
nem laxiorem, tenet. Quia esto non sit me-
lius quam inire strictiorem, laxiorem ingredi:
tamen absolute melius est ingredi laxiorem Re-
ligionem, quā nullam suscipere. Certe non
est necesse, materiam voti esse quid optimum:
sed satis est, contraria sua esse quid melius. De-
nique per hæc vota non præcluditur via ad
statum perfectiorem. Nam relicto Xenodochij
seruitio fas est vouenti ad Regulare migrare in-
stitutū: & antè & post professionē in Religio-
ne laxiori, ad strictiorem transitum gerere.

424

PROBL. LXXXVI.

*Validum est, & validum non est votum de
matrimonio contrahendo, si fiat animo non
consummandi, sed Religionem petendi.*

Votum de matrimonio contrahendo abso-
lute sumptū, omnino est inualidū. Quia ex-
cludit virginitatē, ac celibatum, qui est status
perfectior. Trid. s. 1. 4. can. 10. Tamē quædam
additis circumstantiis validum est huiusmo-
di votum: verbi gratia si alias matrimonium
esset in præcepto: ut si quis puellam vio-
lasset sub fide data de matrimonio contrahen-
do. Quia tum votum non impedit meliorem sta-
tum: sed illum aliunde impeditum & obligatū
ex data fide, firmiorem reddit. Alij sunt diffi-
ciliores casus, quos problematice resoluam.

425

Quæ

Sec. II. De Præcepto II. Problemata. 161

Quæserim itaque, num votum de matrimonio contrahendo validum sit, si fiat animo non contummandi, sed Religionem petendi?

416
Validum est
omnino.

Validum est. Quia non impedit statum perfectionem, siquidem relinquit liberum Religionis ingressum. Quod à fortiore procedit, cum ex parte utriusque votum castitatis fuerit emissum, tunc enim nec celibatus impeditur ex voto. Sic Sotus l. 7. de in iur. q. 1. a. 3.

417
Validum non
est.

Non est validum. Quia matrimonij contrahens contrahentem constituit in periculo castitatem violandi, & ab statu celibatus recedendi. Ergo non est gravior Deo, quam illius carentia. Non enim gravior esse potest, quod viam perfectionis difficiliorem reddit. Ita Sanch. l. 1. de sponsal. d. 4. num. 1. & l. 4. sum. c. 8. n. 52. Gutier. de matr. c. 4. n. 7. Laym. l. 4. tr. 4. c. 2. n. 12. Suar. l. 2. de voto. c. 9. n. 6. Palasus tom. 3. tr. 15. d. 1. pun. 8. §. 5. num. 12. & alij.

418
Hic sententia longe est
probabilior.

Hoc longe probabilius esse reor, præfatamque rationem convincere, licet contrahentes inter se convenerint de Religione assumenda, vel de castitate servanda, etiam voto castitatis remisso. Quia semper adest periculum à tali proposito recedendi, & castitatem violandi. Quod periculum quia in Sanctissima Virgine & B. Iosepho abest, & eorum matrimonium in fines perfectissimos à Divina providentia dirigitur: viam perfectionis nec præiungit, nec difficiliorem reddit. Quando autem ab uno coniuges, altero ignorante, matrimonium contraheretur animo aduolandi ad Religionem, certius est, votum de tali coniugio validum esse non posse; quia est de contractu graviter contingi præiudicante. Rarus enim esset, qui eo animo cognito, veller contrahere; ne mater periculo suspitionis expositus ob aliquod vitium fuisse deferretur: quod periculum non subit, quando bona fide contractus celebratur.

PROBL. LXXXVII.

Votum de matrimonio contrahendo validum est, & non est validum, quando quis se experitur ad id ad carnis praelia proclivem, ut vix possit se continere.

419
Validum plane
est.

Validum plane est. Quia posita illa facilitate delinquendi, consilium, & utilitas illi matrimonium inire, quam existere celibem; & id viderem utilitatem ei potest confessatus consilium: Ergo & is poterit se se voto ad illud inendum obstringere. Sic Caiet. 2. 2. q. 88. a. 2. dub. ult. Gutier. de matr. c. 4. n. 8. Sanch. l. 1. de sponsal. d. 4. n. 7. & l. 4. sum. c. 8. n. 51. Azor. p. 1. l. 11. cap. 1. q. 1. Valen. 2. 2. d. 6. q. 6. pun. 1. diff. c. 4. Tolet. l. 4. c. 7. n. 8. Bellarm. l. 1. de Monach. cap. 14. Navar. cap. 1. sum. num. 4.

420
Non est
validum.

Non est validum. Quia adhuc posita illa facilitate, & peccandi consuetudine, votum de matrimonio contrahendo impedit maius bonum formaliter, nempe vitam celibem, ac Religionis statum: Ergo à Deo acceptari non potest. Ita Sotus l. 7. de in iur. quest. 1. art. 2. Arag. 2. 2. q. 88. art. 1. circa 5. conclus. assert. 2. & plures docti Neoterici.

421
Probabilius
hoc mihi.

Hanc sententiam probabilior est reor, & priorem admittem eo solummodo casu, Escob. & Mend. 1. theol. Moral. Tom. IV.

quod quis nollit oratione, Sacramentorum frequentia, ieiunij aliive remediis vsq. ad vincenda tentamina. Matrimonium hancque ea solum ratione illi esse posset utilius exhiberi: quatenus est medium ad lapsus arcendos. At non est videndum, cum sint plura Domino gratiora; quibus si ille videretur, medium matrimonij non obligaretur assumere. Ergo solum posset obligari, casu quo nolit aliis vi remediis, quæ est solum quædam conditionalis obligatio: quam pro libito posset infringere. Dicitur ex Suar. l. 2. de voto, cap. 9. n. 12. Lessid. cap. 10. dub. 7. num. 45. & Laymano l. 4. tract. 4. cap. 2. num. 12.

PROBL. LXXXVIII.

Validum est, & validum non est votum absolute prolatum ducendi pauperem meretricem titulo pietatis: quia continet & non continet eam conditionem: si aliquem ducturus sum.

Certum est, non valere, si absolute sumatur. Quia huiusmodi titulus non exultat, quin res promissa excludat à votente statum perfectionem, & continentiam Deo gratiorum. At si hoc votum non absolute sumatur, sed conditionaliter, se licet hac forma: si matrimonio illigandus sum, ducam pauperem: validum est, & firmum. Quia ex vi illius voti non obligatur ad matrimonium, sed matrimonio ex eius voluntate assumpto, ad perfectissimum illius votum obligatur. Solum est difficultas, an votum prolatum sub hac forma absolute: Promitto Deo, me ducturum puellam pauperem validum, sit eo quod habeat hunc sensum conditionatum: si aliquam ducturus sum, ducam pauperem feminam. Habet quidem hunc sensum. Quia sic votens intendit se obligare quantum potest: cum ergo non possit se obligare ad matrimonium absolute, censendus est, voluisse se obligare ad illud sub præata conditione. Ergo votum absolute prolatum ducendi pauperem meretricem, est validum, sic Suar. l. 2. de voto. c. 9. n. 1.

Validum non est illud votum absolute prolatum. Quia hunc sensum conditionatum non habet. Verba enim illa sunt absoluta, quibus per modum vius matrimonij cum puella paupere promittitur. Ergo votum non potest esse validum. Ita Sanch. l. 1. de sponsal. d. 4. n. 12. & l. 4. sum. c. 8. n. 51. Palasus tom. 3. tr. 15. d. 1. p. 8. §. 5. n. 15.

Hoc probabilius credo. Quia dum de conditionata intentione non constat, sine fundamento verba illa explicantur, præcipue cum obligatio voti affirmari non debeat, nisi de illa clare constet.

PROBL. LXXXIX.

Valida sunt, & non sunt valida hec vota: Promitto, me nullam Religionem ingressurum, nisi Societatis Iesu (v. g.) Promitto, non recitaturum nisi flexis genibus, & similia.

Valida omnino sunt. Quia hoc est votum conditionatum obligans ad rem perfectam scilicet.

cet ad ingressum in Religionem, ad recitationem referentem: & licet alia bona excludant, id est consequenter, & non directe. Certe consultius est cuilibet, ad opus pietatis sub conditione obligari, quam omnino liberum esse: sed ex vi illarum promissionum obligatur vouens sub conditione opera pietatis exercere. Ergo illa sunt valida vota. Sic Sanchez lib. 4. sum. cap. 8. num. 47.

⁴³⁷ Minime sunt valida. Quia illa vota ad summum hunc sensum conditionatum habent: si aliquam Religionem ingrediar, promitto Societatem Iesu inire: si orationi dederam operam, flexis genibus geram: sed in hoc sensu conditionato tacite seu indirecte promittitur materia Voto inepta aded, vt ab ea non possit promissio separari. Ergo illa vota sunt inualida. Minorem probo: Non enim solum promittitur ingressus in Societatis Religionem. Sed promittitur non ingressus in alias: non solum promittitur recitatio flexis genibus, sed & nulla alia: aliis non esset peccatum aliam inire Religionem, & preces sedendo profundere: Ergo praefata vota nullius sunt valoris. Ita Palaeus tom. 3. tractat. 15. d. 1. punct. 8. §. 5. num. 16. & probabile iudicat Santius ubi supra.

⁴³⁸ Hanc eligo sententiam existimans, illa Vota retrahere promittentem ab operibus bonis absolute, & solum sub conditione pendente a propria vouentis voluntate obligant ad opus perfectum. Ergo minime cadunt in Dei obsequium, neque in vouentis utilitatem. Illud tamen aduerto cum Santio num. 48. Valida esse Vota illa, si negatio excludat materiam Voto ineptam: verbi gratia si quis promittat, non recitare, nisi attente. Quia per hanc negationem excludit sine attentione recitationem. Idem est, si promittas: nullam aliam ducere nisi pauperem; excludis namque coniugium omnium aliarum, nisi pauperis: quae est exclusio materiae Voto ineptae.

CAPVT XX.

Circa Voti Obligationem.

PROBL. XC.

Ex sola intentione vouentis, supposita materiae grauitate, potest, & non potest Voti obligatio limitari, vt sit leui.

⁴³⁹ Non nulla re-
colo.



RECOLO, de Fide esse, ac lumine naturali notum, Votum ad ipsius executionem obligare. Nam si fides data homini obligat, vt seruetur: quanto magis fides data Deo? Obligat autem ex virtute fidelitatis, quae comparatione Dei est vera Religio; colitur namque Deus, & honoratur, dum seruatur id, quod ei est promissum. Porro haec obligatio voti ex suo genere grauis est. Quia graue est

Deo fidelitatem praestare, & cultum debitum exhibere. Verum ex leuitate materiae posse Votum leuiter obligare eiaque transgressionem culpam venialem non excedere communiter Doctores affirmant. Quaesierim vero, num ex sola vouentis intentione, supposita materiae grauitate, possit voti obligatio limitari?

Minime potest. Quia posito Voto, obligatio, illius a lege diuina, & naturali immediate prouenit: lex namque diuina obligat promittentem, in promissis esse fidelem. Sed obligatio legis diuinae, & naturalis semper est iuxta materiae grauitatem: Ergo obligatio Voti leuis esse non potest ex intentione vouentis, materiae grauitate supposita. Sic Sotus lib. 7. de inst. quest. 2. art. 1. in corp. Corduba sum. quest. 188. punct. 1. Valq. 1. 2. d. 158. cap. 4. num. 34. Bahl. 1. 2. de sponsal. cap. 2. num. 12.

Maxime potest. Quia lex in materia graui potest leuiter obligare, vt dicitur probat Palaeus tom. 1. tractat. 1. de peccatis d. 2. punct. 8. Ergo Votum, quod est quaedam lex priuata grauis quidem ex se, leuiter poterit obligare ex vouentis intentione. Nam sicut ex intentione legislatoris nascitur obligatio legis, sic ex vouentis intentione Voti obligatio: Ergo iuxta eius intentionem commensurari debet. Ita Suar. lib. 4. de voto, cap. 4. num. 7. Palaeus tom. 3. tr. 15. d. 1. punct. 1. n. 4. Sanchez lib. 1. de sponsal. d. 9. n. 6.

Probabilis hoc mihi, quod amplius expono. Liberum est promittenti, se velle obligari, cum obligatio promissionis ex illius pendat voluntate. Ergo liberum ei est, nolle totam obligationem subire. Possum ergo vouere Rosarium; vel officium Deiparae, vel ieiunium (quae grauem continent materiam) sub venialibus piaculi obligatione litare.

PROBL. XCI.

Obligatio Voti est, & non est solum fidelitatis.

Posito, Votum per se grauius obligare, & aliquando tum ex vouentis intentione, tum ex materia promissa leuem obligationem inducere, est inquirendum, qualem inducat obligationem, an fidelitatis tantum, an etiam illius virtutis, ad quam pertinet materia promissa: verbi gratia; Promittit quis Sacrum facere, seruare ieiunium elemosynam largiri obligatus ne est solum ex fidelitate seruare promissum, an etiam ex speciali virtute Religionis, Temperantiae, vel Liberalitatis.

Obligatus est non solum ex fidelitate, sed etiam ex speciali ea virtute, casu quo ex speciali affectu virtutis, ad quam pertinet materia promissa, Votum emittat. Quia legislator praecipiens actum obligat praecipio illius virtutis, cuius est actus praecipuus: praecipiens enim ieiunium obligat ex virtute Temperantiae & praecipiens Sacrum audire, vel dicere obligat ex virtute Religionis: sed Votum est quaedam lex priuata: Ergo hanc sibi obligationem imponit. Sic Sanchez lib. 4. sum. cap. 1. num. 6. Valent. 2. 2. d. 6. quest. 6. punct. 4. quest. 1. concl. 2.

Votum de re alias non praecipit sola obligatione fidelitatis inducit, quatenus vouens intendat

Se^a. II. De Præcepto II. Problemata. 163

dat per votum habere rectitudinem virtutis materiae promissæ. Quia vouens quantumvis afficiatur ad materiam promissam non potest illius habendæ aliam obligationem sibi imponere, nisi quatenus Deo illam promittit: sed ex hac ratione solum nascitur naturalis obligatio fidei seruandæ absque speciali obligatione ad materiam: illam enim accidentaliter respicit: Ergo ex vi voti sola est fidelitatis obligatio. Ita Suar. l. 4. de voto cap. 3. num. 11. Sanch. l. 4. sum. cap. 11. num. 23. Caiet. 2. 2. q. 88. art. 5. dñb. vlt. Palaus tom. 3. tr. 15. d. 1. pun. 11. num. 8.

445
Solutio est ob-
ligatio ex
fidelitate.

Hæc mihi sententia magis arridet. Ex qua colligo, transgressiones omnium votorum eiusdem esse speciei infamæ. Quia eorum malitia tota consistit in non seruandis promissis. Quod verò promissa diuersa sint, parum interest ad huius transgressionis considerationem. Nec virget primæ sententiæ fundamentum. Dispar enim est ratio legis, & voti. Nam lex non extrahit materiam præceptam à propria ratione virtutis, sed in illa necessitatem imponit: quia media illa intendit subditos studiosos efficere. At votum quia cultum Dei respicit, non imponit necessitatem in honestate materiae promissæ: sed illa honestate supposita, diuino cultui offert, & consecrat: & ex hac oblatione executionis necessitas oritur.

PROBL. XCII.

Quis se obligare possit & non possit voto ad solos actus externos, & ad internos minimè.

446
Non potest.

Non potest se quis ad actus externos voto obligare, quin ad internos simul obligetur. Quia esset ea ad impossibile obligatio. Prohibito namque actu externo, consequenter videtur prohibitus internus, qui circa illum versatur. Sic Sanch. l. 4. sum. cap. 11. num. 12.

447
Potest quilibet.

Potest se quis voto obligare ad actus externos, quin simul ad internos obligetur. Quia hoc obligatio & possibilis est, & intentioni vouentis accommodata. Quare si votum est (verbi gratia) de vitanda fornicatione, vel pollutione obligatur vouens ex vi voti non habere voluntatem fornicandi, nec polluendi: non tamen obligatur ex vi talis voti ad fugiendas morosas delectationes de fornicatione, vel pollutione. Quia illæ delectationes nec directè huic voto aduersantur, vt de se constat: neque etiam indirectè, siquidem non sunt de fornicatione, vel pollutione voti affectis circumstantia: sed absolute sumptis. Ita Vasquez l. 2. d. 112. cap. 2. num. 9. Palaus tom. 3. tract. 15. d. 1. pun. 11. num. 10.

448
Auctoris sententia.

Dixerim, P. Santij sententiam veram esse, si vouens expresse voluerit nequaquam se obligare ad vllum actum internum vitandum. Nam talis voluntas est de obiecto impossibili. Qui enim promittit non fornicari, consequenter promittit, non habere fornicandi voluntatem. Nam voluntas fornicandi est voluntas transgrediendi promissionem

factam. Non ergo stare potest promissio de vitanda fornicatione quin sit promissio de vitanda etiam illius voluntate. At si vouens hanc expressam voluntatem non habet, sed solum se obligandi ac actus externos vitandos, probabilius cenfeo, votum valere, & vouentem manere obligatum ad vitandos actus inter duos transgressionem voti directè repugnantem, ad alios minimè, vt fert secunda sententia.

PROBL. XCIII.

Qui vult Rosarium Deipara recitare, satisfacit, & non satisfacit id alternatim recitando.

Intendens ostendere, qualiter votum obliget, cum eius materia determinata non est, recolo ex sect. 1. votum semper obligare secundum vouentis intentionem: cum autem de intentione vouentis non constat spectandam esse materiam promissam, & iuxta illam censendum esse, an obligationem illud votum inducat: At si hac spectata, dubium subest, verba secundum communem sensum esse accipienda, & iuxta illum voti obligationem commensturandam: Votum item benignè, quoad fieri possit interpretari debere. His ad memoriam reuocatis, ostendam, qualiter hæc regulæ ad casus singulares frequentiores quidem applicari valeant. Ac primum quæserim, an qui vult recitare Rosarium satisfaciat alternatis recitando cum socio?

449
Nonnulli res-
cilio.

Satisfacit plane. Quia modus ille recitandi conformis est Ecclesiæ consuetudini etiam in Rosarij recitatione: vt patet ex vsu Religionis Camaldulensis, vbi Religiosi alternatim Rosarium recitant. Sic Bonac. tom. 2. d. 4. q. 2. pun. 6. num. 17. Azor. l. 10. cap. 7. q. 10.

450
Plane satis-
facit.

Non satisfacit. Quia Rosarium communi vsu, & consuetudine haud alternatim recitatur: Ergo votum de illius recitatione non est præsumendum fieri de recitatione extra vsu, & consuetudinem, nisi alia fuisset vouentis intentio. Ita Palaus tom. 3. tract. 15. d. 1. pun. 12. num. 5. Nauar. ad cap. Quando, de consecr. dist. 5. cap. 10. a num. 22. Sanch. l. 4. sum. cap. 11. num. 38.

451
Non satis-
facit.

Hanc sententiam probabiliorem esse hi Doctores existimant, quibus annuo: mihi autem primam eligo, vt plurimum deuotioni, qui gregatim sic publice ac priuatim Rosarium recitant, geram morem. Addiderim autem, cum qui recitandi Rosarium votum emisit, non teneri integrum recitare: sed sufficere, si tertiam partem recitet. Quia iuxta frequentioremsum sub nomine Rosarij, tertia pars intelligitur. Suar. l. 4. de voto, cap. 8. num. 5. Vouentem verò Rosarium haud crediderim satisfactorum si solum mente & non voce recitaret. Quia de recitatione visitata, quæ est vocalis, credendum est votum fieri dum contrarium non constat. Sanch. l. 4. sum. cap. 11. num. 36.

PROBL. XCV.

Quis Voto emisso, promissit in D. Iacobum (verbi gratia) peregrinationem gerere, at mercede conductus, vel alterius negotij causa, aut curiositatis, aut vi coactus peregrinationem huiusmodi suscipit: Hic satisfacit, & non satisfacit Voti obligationi.

453
Non satisfacit Voto.

Minimè in omnibus hisce casibus satisfacit. Quia ille vult peregrinationem voluntariam, Religiosam, & piam: Sed peregrinatio assumpta per vim non est peregrinatio voluntaria, & Religiosa & multò minus quæ solo titulo curiositatis, vel alterius negotij profani assumitur: quæ verò ex stipendio non tam est peregrinatio ob pietatem, quam ob iustitiam: Ergò in his casibus peregrinationis Voto non satisfacit. Sic Sanchez lib. 4. sum. cap. 11. num. 31. Bonac. tom. 2. d. 4. question. 2. punct. 6. num. 25. & 16.

454
Voto iustificat.

Satisfacit omnino. Quia si vis illata non tollit integram libertatem, esto illam dimittat: Voto satisfacit coactus peregrinando. Quia absolute peregrinationem piam voluntarie suscipit. Deinde expeditio alicuius negotij, aut curiositas impedire satisfactionem Voti potest, quando solus ille finis peregrinationis adesset; secus si cum ipso esset iniungendi D. Iacobi Basilicæ voluntas. Quia tunc iam esset Religiosa peregrinatio. Saltem quoad actus substantiam. Ita Palaus tom. 3. tract. 15. d. 1. punct. 12. num. 9.

455
Cum Palao sentio.

Cum amicissimo Ferdinando de Castro Palao sentio. Nec video qua ratione obligatio iustitiæ ob stipendium acceptum impediatur Voti satisfactionem: cum obligatio Voti & iustitiæ in eandem possint materiam cadere: & obligatio iustitiæ non impediatur, peregrinationem religiosam existere. Si enim ex Voto obligatus esset, singulis diebus sacrum facere, cur non possis pro illo sacro gerendo stipendium accipere? Sicut de contra si stipendio obligatus esses sacrum facere, posses & voto ad illud faciendum te obstringere.

PROBL. XCVI.

Excusatur quis, & non excusatur à Voto ieiunandi sextis feriis vel Sabbato, vel die alia, si hisce diebus dies Natalis Domini inciderit.

456
Omnino excusatur.

Excusatur omnino. Quia si tempore, quo quis vouet, illius solemnissimæ diei meminisset, non est praesumendum, eum se Voto ad ieiunandum illa Die obligatum. Sic Molina tom. 2. de iust. d. 272. Azor. part. 1. l. 11. quest. 20. question. 3.

457
Non excusatur.

Minimè excusatur. Quia Votum illud eo modo, quo pronuntiatum est, diem illam comprehendit, ut constat: At exceptio Ecclesiæ so-

lam præcepti sustulit obligationem, non autem Voti, ut colligitur ex cap. fin. de observatio. ieiun. ibi: *Qui nec Voto, nec regulari observantia sunt astricti.* Ergò Votum obligat, ac si nulla ab Ecclesiâ illius diei facta fuisset exceptio. Ita Sanchez l. 4. sum. cap. 11. num. 60. Palaus tom. 3. tract. 15. d. 1. punct. 11. num. 12. Bonac. tom. 2. d. 4. quest. 2. punct. 6. num. 9. Reginal. lib. 8. num. 290. Valq. 1. 2. d. 10. cap. 4. n. 26. in hanc partem inclinat. Suar. lib. 4. de Voto, cap. 20. num. 8.

Fateor, me in primam sententiam inclinare ob tantæ diei celebritatem, ob Ecclesiæ aded receptam consuetudinem, quæ mihi videtur si- mul in Voto dispensare, cum in præcepto dispensat. Attamen qui cap. finalis textus urget, sed finis exi- stimo primam sententiam satis esse probabilem, sed secundam probabiliorem. Neque enim obstat, videntem si illius diei recordaretur, fore illam excepturum. Quia obligatio, vel de- obligatio Voti non desumitur ex eo, quod vouens faceret, sed ex eo quod de facto fecit, & promissit.

PROBL. XCVII.

In transgressione ieiunij feria sexta Natalis Domini committitur, & non committitur duplex peccatum, unum in omissione Præcepti, alterum in violatione Voti.

Voto, aut regulari observantia astrictus ad seruandum ieiunium omnibus sextis feriis, si feria illa sexta, qua dies Natalis Domini incidit, carnes edat, duplex peccatum peccat, aliud contra Votum, aut regularem observantiam, (si regularis observantia obligat ad peccatum) aliud contra Ecclesiæ præceptum. Quia Pontifex solum exceptit à præcepto, & obligatione abstinendi à carnibus, eos, qui nec Voto, nec regulari observantia sunt astricti, cap. fin. de ieiun. observat. ibi: *Illi, qui nec Voto, nec regulari observantia sunt astricti in sexta feria, si festum Natalis Dominice die ipso venire contigerit, carnes propter festi excellentiam vesci possunt secundum consuetudinem Ecclesiæ generalis.* Ergò astricti Voto, vel regulari observantia à præcepto non excusantur. Ergò contra Votum, & præceptum delinquant. Sic Medina l. 1. sum. cap. 14. §. 10. fol. 99.

Non committit duplex peccatum, nec alia obligatione astrictus Voto, vel regulari obseruatione tenetur illa die abstinere à carnibus, præter obligationem Voti, aut regularis observantia. Quia generalis consuetudo præceptum de abstinencia illa die sustulit ob festi excellentiam. Ita Sanchez pluribus relatis, l. 4. sum. cap. 11. num. 64. Palaus tom. 3. tract. 15. d. 1. punct. 12. n. 13.

Longè hoc probabilis. Nec quid contrarium ex textu citato colligo. Quia inibi solum dicit Pontifex eos, qui nec Voto, nec regulari observantia astricti sunt, haud obligatos esse abstinere à carnibus sexta illa feria. Alij enim astricti Voto, aut regulari observantia, verè sunt obligati non obligatione præcepti, sed obligatione, quam Votum, vel observantia regularis illis indicit.

PROBL.

PROBL. XCVIII.

*Violans ieiunium ex voti obligatione, peccat,
& non peccat toties, quoties carnes
comedit illa die.*

462. *Non peccat. quiescit comedit carnes.* **N**on peccat quoties comedit, sed vnicum peccatum repetita sæpe comestione committit. Quia vouens ieiunium, in tantum vouet à carnibus abstinendam, quatenus illa abstinencia est ad ieiunium necessaria. Ergo soluto ieiunio, cessat obligatio, quæ accessoria erat. Sic Sanch. l.4. sum. l.1. n.42. & probabile reputat L. sym. d.4. tract.4. cap.3. num.3. & Palau. citandus.

463
Peccat. quo-
ties comedit
carnes.

Peccat quidem quoties ea die carnes comedit. Quia de ratione ieiunii Ecclesiastici est vnicui tantum comestio, & abstinencia carnibus in omnibus illius diei horis: Ergo vouens ieiunium, vouet non comesturum amplius, quam femel, & in nulla illius diei carnes. Igitur, quacumque hora illius diei carnes comedit, peccat. Esto enim violauerit ieiunium bis comedendo, non violauit omnimodo, quo potest, nam potest, &pe comedere carnes, &pe violare. Ita Palaus rom. 3. tr. 1. §. d. 1. pun. 12. num. 5. Suar. l. 4. de voto, cap. 7. num. 9. qui num. 12. inquit, contrarium dicere absurdissimum esse, & contra omnes.

494 Verius censeo, vouentem ieiunium obligatum esse, à carnibus abstinere eo modo, quo præceptum Ecclesiasticum ieiunii obligat, ac proinde toties peccare aduersus votum, quoties carnes exederit. Fateor, vouentem abstinentiam à carnibus, eatenus illam vouere, quatenus necesse est ad Ecclesiasticum ieiunium. At quia ad ieiunium Ecclesiasticum necessaria est abstinentia à carnibus semper & pro semper tota illa die: ita de causa toties peccatur contra votum, quoties hæc abstinentia violatur. Non tamen ideo tam acriter censuræ P. Santij sententiam obnoxiam esse reor, satis enim eam probabilem iudico. Quia cum vouens solo voto ieiunii abstinere à carnibus obligetur, cessante obligatione ieiunii ob eius violationem, illa abstinentia cessat.

P R O B L. X C I X.

Carens Bulla Cruciata ex vi Voti ieiunij, tenetur & non tenetur a lacticiis abstinere in Quadragesima, aliisque temporibus, in quibus ex consuetudine ab iis abstinetur.

465
Nannula
suppono.

Certum est, extra tempus Quadragesimæ
illis in locis in quibus consuetudo non
viget ab his abstinendi, posse voto ieiunii
astricturn velci lactiniis. Quia præsumen-
dum non est, vouentem voluisse se obligare
ad strictiorem ieiunij formam. Idem assero de
voto ieiunii in Quadragesima vel illis in lo-
cis, in quibus viget abstinenti consuetudo,
si Cruciata Bullam habeat. Habentes enim
Bullam excusantur ob obligatione abstinen-
di ab his:quam exculatione non est præsumen-
dus vouens voluisse rescindere potius

credendus est, voto se voluisse adstringere,
ad seruandum ieiunium ea forma, quæ ex præ-
cepto Ecclesiastico teneretur. Quæsitum ve-
rò, an carens Bulla teneatur ex vi voti ab ouis,
et lacticiinis abstinere in Quadragesima,
aliisque temporibus, in quibus ex consuetu-
dine ab his abstinere fideles assolentur?

Non tenetur. Quia sic vouens solum ob-
ligatur ad seruandum ieiunium eo modo, quo
ab Ecclesia institutum est: At Ecclesia inpre-
cepit ieiunij hanc abstinentiam non prescri-
psit, sed alio distincto precepto independenti
a ieiunio. cap. Denique 4. ibi: *Par est, ut qui his
diebus a carnibus abstinentius, ab his, que semen-
tinam trahunt originem a carnibus ieiunemus.*
Et ita in Dominicis Quadragesimæ ibi quo-
que præcipitur hæc abstinentia, cum tamen
tunc non ieiunetur. Arque pueri & omnes
a ieiunio excusati tenentur a lacticiis absti-
nere. Sic Sanch. l. 4. *sum. cap. 1. num. 53. Palud.*
in 4. disp. 15. q. 4. art. 1. num. 33. D. Antonin. p.
2. tit. 6. cap. 2. §. 3. Angles p. 1. q. 9. art. 1. post dis-
cutit. 7. dub. 2. propos. 1.

Tenetur quidem. Quia licet abſtinentia 467
ab omni, ac lacticiis ſupponatur præcepto Tenetur qui-
ſque. Quadageſimalis ieiunij : at quia hoc necel- dem.
ſario ſupponitur & tanquam pars integralis
talis ieiunij, de cauſa vouens illo tempo-
re ieiunare, cenſendus eſt vovum emittere de
ieiunio ſub illa forma. It̃ Corduba q. 168.
pun. 2. Lado. Lopez p. 1. Inſtr. de ieiunio fol.
714. Azor. p. 1. l. 7. cap. o. q. 6. Sarr. l. 4. de vovo,
cap. 7. num. 9. Pala. tom. 3. tract. 5. d. 1. pun. 12.
num. 18.

Probabilius hoc existimo. Quia Ecclesiasti-
cum Quadragesimale ieiunium non est sola
abstinentia à duplici refectio: sed etiam ab-
stinentia ab his, quæ à carnibus ducunt origi-
nem. Igitur carnes Bullæ, ex vi voti tenetur
his diebus ab omni ac lacticiis abstinere.

PROBL. C.

*Emisit quis Votum ieiunandi in pane, & aqua,
quod semel violavit vinum hauriendo : Hic
autem post primam violationem potest, &
non potest sapinus bibere absque noua voti vio-
latione.*

469
Nonnulla
promissa
 Certum est, qui ieiunium in pane & aqua
 vovit, obligari, ne aliud comedat, aut
 bibat. Quod si pisces, aut legumina comede-
 rit hora conlecta, aut vinum biberit, peccata
 Sed non obinde excusatur servare Ecclesiasti-
 cum ieiunium, cum possit. Quia non est cen-
 sendum Ecclesiasticum ieiunium promississe
 dependenter ab illa circumstantia & condi-
 tionte. Benè tamen conditio illa & circum-
 stantia promissa est dependenter à ieiunio.
 Quia ieiunio violato, nulla est obligatio ser-
 vare eam abstinentiam, vt potè accessoria.
 Quæserim autem, an circumstantia illa vio-
 lata, eo quòd quis semel vinum biberit, pos-
 sit ille scpiùs bibere absque noua Voti trans-
 gressione?

Potest quidem. Quia iam impossibile est, 470
illam circumstantiā servare. Sicut promittens *Potest planē*
ieiunare, si bis comedat, à ieiunio excusa-
tur, & potest sapius comedere, Quia violato
ieiunio,

ieiunio, impossibile est, illud seruare. Ergo idem dicendum de vouente in pane & aqua ieiunare. Sic Sanchez libr. 4. sum. cap. 11. num. 47.

471
Minime potest. Quia illa abstinencia ab omnibus aliis cibis, ac potu annectitur ieiunio promisso pro toto die, ac pro singulis eius partibus: ac proinde dum obligatio Ecclesiastici ieiunij perseverat, obligatio huiusmodi abstinenciae persistit. Ita Palaut tom. 3. tract. 15. d. 1. punct. 12. num. 20.

472
Ego quidem aequè probabilem utramque sententiam esse putarim. Addo tamen duplicis quaestiuiculae sine pugna resolutionem. Quis vouet, à carnibus abstinere; rogas an Votum hoc abstinencia à lacticiis comprehendat? Et an Votum abstinendi à lacticiis, comprehendat ab ouis, & à carnibus abstinencia? Respondeo, per se non comprehendere. Quia sunt res omnino distinctae, & licet in praecepto Ecclesiastico uniantur: non inde inferitur, in Voto uniri debere: cum haec obligatio pro intentione vouentis suscipiatur, qui specialem finem habere potest, in vna obligatione, quam in altera suscipienda. Sa verb. Votum, num. 25. Sanchez libr. 4. sum. cap. 11. num. 46. Quis vouet abstinere à vino: rogitur ad quid obligatur? Respondeo, Votum sub graui culpa obligare, ne bibatur in ea quantitate, quae vino moderatè vtentibus pro vna comestione sufficeret. Non tamen obligare, ut abstineat à cerniis. Quia cerniis vinum non est: tamen Votum sic emissum sine ebrietatem vitandi. Finis namque extinctus Voti sub voti non cadit obligationem. Sanchez citat. numer. 44.

PROBL. CI.

Promittit quis Ecclesiae vnum seruum ex iis, quos habet: & ante Voti adimpletionem pereunt omnes serui praeter vnum: Hic tenetur, & non tenetur integrè ad voti executionem.

473
Quid certum promitto. Antequam serui alij pereant, potest vouens eligere, quem maluerit. Quia cum non constet de voluntatis eius determinatione, non est, cur ad pretiosorem obligetur. Bonac. tom. 2. d. 4. quest. 2. punct. 6. num. 32. Quaesierim verò, si omnes serui perierint, praeter vnum, an vouens integrè ad Voti executionem teneatur?

474
Minime tenetur. Quia seruus remanens non est magis promissus, quam alter ex iis, qui periere. Cur ergo quilibet ex his, qui perierunt, perire integrè debet promittenti, & non Voti obligationi? Pereat igitur & Voti obligationi, & promittenti: & consequenter seruus superfluis remaneat & promittenti, & Voti obligationi, ac proinde diuidatur. Sic Molina tom. 2. de iust. d. 270. Sanchez libr. 4. sum. cap. 13. num. 19.

475
Tenetur omnino. Tenetur omnino tam vouens, quam eius haeredes tradere Ecclesiae seruum remanentem. Quia in illo Voto nullus seruus fuit determinatè promissus, sed quilibet promissus fuit sub disiuñtione, hoc sensu: Dabo vnum ex seruis, quos habeo, hunc, vel illum: Ergo re-

manente vnicò seruo, remanet tota materia sufficiens ad Voti executionem. Tenetur igitur vouens, Votum integrè adimplere. Ita Bonac. tom. 2. d. 4. quest. 2. punct. 6. num. 34. Palaut tom. 3. tract. 15. d. 1. punct. 12. numer. 26.

Hanc partem crediderim esse veriolem. Concedo namque, non esse magis promissum seruum remanentem; quam reliquos, qui perire: sed omnes aequè sub disiuñtione esse promissos. At non inde inferitur obligationi Voti seruos illos perire debere. Quia cum Voto determinatè additi non fuerint, obligatio Voti integra perseverat, quoties persistit materia executioni Voti sufficiens.

PROBL. CII.

Rem determinatam quis vni Ecclesiae specialim promissit: Sed post Votum emissum, dubitat, cuiusnam promiserit Ecclesiae: Potest hic, & non potest rem promissam cui maluerit ex his Ecclesiis applicare.

Poterit planè. Quia tota voti obligatio ex voluntate vouentis exoritur. Cum ergo vouens nesciat, quamnam ex illis Ecclesiis applicauerit, non est, cur eius obligatio determinata censetur. Neque est simile de eo, qui obligatus est, rem aliquam restituere, ignorat autem cuiusnam è duobus debeat: quam tenetur pro ratione dubij singulis diuidere; quia singuli, posito illo dubio iustitiae ius habent. At Ecclesiae, quibus per Votum res est promissa, nullum ius habent, sed totum ius penes Deum, in cuius honorem res est promissa, residet. Sic Sanchez. libr. 4. sum. cap. 13. num. 18.

Minime poterit, sed obligatus est, rem diuidere. Quia cognoscit rem illam vni ex illis Ecclesiis determinatè promississe; quod verò postea ignoret, cui promiserit, non tollit, quominus vni ex illis determinatè debita fuerit ex determinatione, quam vouens nequit renouare. Ergo neque tollit, quominus illi donari debeat. Cum igitur cognoscere non potest, cuiusnam ex illis debeat, recta ratio postulat, ut pro qualitate dubij rem diuidat, siquidem haec diuisio in eius damnum non cedit, & ex alia parte debito contractui meliori possibili modo satisfacit. Ita Palaut tom. 3. tract. 15. d. 1. punct. 11. numer. 27.

Veriolem hanc partem esse existimo. Quia si vni Ecclesiae res integra tradatur, vouens se periculo exponit tradendi eam, cui non debet. Secus dixerim, cum à principio Ecclesiae, cui res donanda est, determinata non fuit. Quia tunc relinquitur arbitrio vouentis, & ipsius haeredis determinatio, ut idem Palaut, cui adhuc res, edocuit.

* *

PROBL.

PROBL. CIII.

Executio Voti potest, & non potest differri quousque vouentis conscientiam pro executione remordeat, si vouens tempus non determinauit.

480
Nonnulla
præmittit.

SI vouens tempus assignauit ad voti executionem non obligat vsque ad illius aduentum. Nec tenetur tempus præuenire, si præsumat, eo tempore esse impediendum. Quia mensura obligationis voti est intentio vouentis: & cum hæc solum sit pro tempore assignato: solo eo tempore obligatio est adstruenda. Si igitur votum fiat sine aliqua temporis determinatione, quaeritur, quoniam tempore obligabitur?

481
Votum obligat ad executionem cum conscientia pungit.

Censetur votum pro tunc obligat, quando vouentis conscientia pro eius executione remordet. Quia ipsa conscientia est intentionis index. Sic Caietan. 1.2. quæst. 88. art. 3. Nauar. c. 1. sum. num. 42. Ludou. Lopez p. 1. l. 1. c. 44. Reginal. l. 8. num. 86.

482
Non est differenda executio ad conscientiam pun-
diuum.

Executio voti non est differenda ad tempus quo conscientia remordeat. Fallax enim hæc regula. Quia timoratis nimis est stricta: at negligenteribus suæ salutis nimis lata, quippe qui nullis scrupulis virgentur. Obligat igitur executio quam primum commodè fieri possit. Quia obligatio voti nascitur promissione, & acceptione Dei: ergo promissio facta absque ulla assignata dilatione, & sic à Deo acceptata, obligationem executionis inducit absque ulla dilatione. Certe eo ipso, que promissio facta est, debetur promissum Deo, & potest Deus illud expostulare: nam debitum sine termino exigere debitor potest, quoties sibi placuerit leg. Promissor. §. 1. ff. de constitut. pecu. Ergo executio voti non debet differri ad tempus, quo conscientia pungit ad impletionem. Ità Syluest. v. Votum. 2. quæst. 2. & 5. Armil. lib. num. 15. Sa v. Votum. num. 18. Valent. 2.2. d. 6. quæst. 6. pun. 4. quæst. iunc. 3. Azor. pun. 1. cap. 15. quæst. 10. Sanch. l. 4. sum. cap. 14. num. 5. Suar. l. 4. de voto, cap. 12. num. 6. Laym. l. 4. tr. 4. cap. 3. num. 5. Bonac. to. 2. d. 4. quæst. 2. pun. 5. §. 1. num. 13.

483
Sic mihi
fortissimè.

Certum mihi est, executionem huius voti instare eo tempore, quo commodè fieri possit, non antea, nec postmodum. Quia votum, quo nullum tempus executioni determinatur, sic exactitate explicandum venit, ut credatur vouens voluisse se cum hoc temperamento obligare iuxta leg. Quod dicimus, ff. de solution. Ex quo fit occasionem rationabilem esse differendi voti executionem, si spes subsit, quod melius & vtilius ea dilatione posita, votum exequendum. Quare si quis ad Religionis labores perferendos satis non se videat idoneum sperat autem fieri, si differat, poterit differre. Vt aptè Layman citat. num. 5. Sanch. num. 11. & Cordaba sum. quæst. 39. monuere. Hinc concludo, fallacem, & incertam esse regulam illam à Doctotibus primæ sententiæ indicatam.

PROBL. CIV.

Mortale est, & non est mortale peccatum voti Religionis, aut seruitij perpetui in Xenonohio (verbi gratia) executionem ultra sex menses differre.

Mortale non est. Quia plures Doctores iudicant dilationem duorum vel trium annorum absque periculo obliuionis, vel impedimenti, vel vterioris dilationis non esse mortale. Sic Petrus de Ledes. to. 2. sum. tr. 10. cau. 5. dub. penult. Armil. v. Votum, n. 16. Manu. to. 2. sum. c. 95. n. 9. In votis verd, in quibus nil ex dilatione omittitur implendum censent alij tunc esse mortale quando adest ex dilatione periculum nunquam ea exequendi. Quia parum videtur interesse, quod hoc vel illo tempore votum reddatur, si tota res promissa redditur, & tempus designatum non sit. Sic D. Antonin. p. 2. tit. 1.1. cap. 1. §. 1. & indicat Sanch. l. 4. sum. cap. 14. num. 31.

484
Non est mortale.

Est quidem mortale. Quia votum Religionis aut perpetui in Xenodochio seruitij ultra sex menses notabilis est, cum cedat in grauem diuini cultus diminutionem & propriæ vilitatis iniuriam. Ita expressè Sanch. citat. num. 22. Pala. d. 1. punct. 1. §. num. 7.

485
Mortale est.

Eis quidem adhæreo, indicans Ledesma, Armilla & Manuelis sententiam ita latam probandam non esse ob Santij & Palai rationem. Minorem verd dilationem sex mensium notabilem esse non censéo ob tanti operis difficultatem. In reliquis autem votis ex dilatione non diminutis crediderim, dilationem duorum vel trium annorum esse notabilem. Quia licet res promissa sit integrè exequenda, eius tamen executionem tanto tempore contra voluntatem Dei creditoris differre, grauem deordinationem continet. Quod probarim ex dilatione debiti hominibus promissi, quod nullus negabit, grauem culpam si immoderata sit constitutæ.

486
Prima sententia nimis latam est iudicio ad hærens secunda.

PROBL. CV.

Si cum quis Votum emitit, se cognoscit fore impotentem ad illius executionem: tenetur, & non tenetur, per alium implere.

Vidimus sect. 1. votum sine personale, sine reale solum vouentem adstringi posse. Quia solum alstringere potest eum qui intentionem se obligandi, habuit: & cum nullus alius eam intentionem habere possit, nisi qui vult vouet & promittit, efficitur, nullum alium præter vouentem adstringi posse. At sic rogites, num à solo vouente possit votum impleri? certum est si votum personale sit à solo vouente impleri posse. Quia nullus implere potest votum nisi exequendo rem promissam: sed res promissa in voto personali est actio propria vouentis, non alterius: Ergo nullus alius à vouente votum personale valet implere. Quare si vouens impotens

487
Nonnulla certa recolit.

potens sit votum implere, non tenetur curare, ut alio loco illius impleat. Quia hanc obligationem per votum non suscepit: neque alterius executio est proprii voti emissi satisfactio. Quod verissimum est, siue culpabiliter, siue absque culpa huiusmodi impotentiam contraxerit. Quæsimus verò, an si cum quis votum emit, se cognoscit impotentem fore ad illius executionem, teneatur per alium implere?

488 Tenetur im-
plere per aliū.
Tenetur quidem. Quia dum contrarium non constat, præsumendum est, hanc fuisse eius intentionem, nempe votum per alium implere, ne vanè & irritorè vouisse censeatur. Sic Abbas ad cap. Licet, de voto. num. 13. Syluest. v. votum, 2. q. 10. Nauar. sum. c. p. 12. n. 55. Sanch. l. 4. sum. cap. 2. num. 26. Laym. l. 4. tr. 4. cap. 3. q. 5. corol. 4.

489 Per alium im-
plere non te-
netur.
Non tenetur, per alium implere. Quia fundamentum primæ sententiæ leue est ad illam præsumptionem adstruendam, cum nihil ex verbis vouentis indicium ad huiusmodi obligationem colligatur: si quidem non alienum factum, sed proprium promiserit. Ita Suar. l. 4. de voto, cap. 10. num. 7. Bonac. tom. 2. d. 4. q. 2. pun. 5. §. 3. num. 2. Palas. tom. 3. tract. 15. d. 1. pun. 15. num. 4.

490 Verius hoc
mibi.
Hanc partem crediderim, & vouentem potius temere, & arroganter promississe, quam contra verba promissionis obligationem vouisse contrahere.

PROBL. CVI.

Quis Religionem ingressus post votum reale factum, vult votum illud professione non extinguere: Manet quidem, & non manet hæres obligatus.

491 Plura sup-
pono circa
hæredem ob-
ligationem ad
vota defuncti.
Recolo, voti personalis obligationem cum persona extingui, nec ad hæredes transire posse. Quia hæc obligatio actiones vouentis respicit, ideoque nequit in alterum deriuari. Obligationem verò voti realis ad hæredem siue necessarium siue voluntarium transire iuxta vires hereditatis, salua hæredis legitima. Quia defunctus cum votū reale emisit, obligatus fuit suis bonis illud exequi: Ergo si de facto executus non est, hæres in bonis illius succedens, eiusque personam representans, eam subiit obligationem. At hæc hæredis obligatio non excedit vires hereditatis. Quia ratione hereditatis acceptæ hæc obligatio nascitur. Porro ad executionem huius obligationis hæres compelli potest tum excommunicatione, tum priuatione hereditatis, tamen si non promiserit. Quia defectus promissionis non impedit, quin hæres sit ex iustitia obligatus. Demum suppono professionem Religionis tam vota personalia, quam realia extinguere. Quæsimus itaque si Religiosus vult votum reale suum professione non extinguere, an hæres teneatur implere?

492 Tenetur hæ-
res illud vo-
tum implere.
Tenetur quidem. Quia illud votum non manet extinctum, si quidem non extinguitur, si implere, superioris irritatione, ut de se constat: nec

etiam professi commutatione, quia ad hunc extinctionis modum vouentis consensus requiritur. Ergo hæres tenetur votum illud implere ac si vouens sæculari in statu obisset. Sic Bonac. tom. 2. d. 4. q. 2. pun. 5. §. 1. n. 9.

Minimè tenetur, sed omnino votum illud extinguitur. Quia vota emissæ ante professionem Religionis ipsa professione extinguntur non irritatione, nec commutatione, adhuc relaxatione: sed solutione illius perfectissima, quam talem esse ius reputat illam obligationem Deo perpetuo inferuendi: Ità Palud. in 4. dist. 38. art. 1. concl. 6. Sanch. l. 4. sum. cap. 1. §. 23. Palas. tom. 3. tract. 15. d. 1. pun. 16. num. 8.

494 Hanc partem longè existimo vetiorem.
Nam professi consensus, vel dissensus, supposito Regularis professionis vi, huiusmodi solutionem perfectissimam, quam Deo implegessit, immutare non potest. Ergo perfectè Deo est satisfactum: Ergo hæres omnino à voti illius solutione seu obligatione liberatur.

PROBL. CVII.

Cum pluribus votis realibus obstrictus est defunctus, nec hereditas sufficit omnium solutioni: tenetur, & non tenetur hæres pro rata diuidere.

495 Suppono hæredem debere defuncti vota
Sic soluere, nempe post debita iustitiæ, & Nuptiæ ante legata pia. Ratio prioris partis est, quia Deus non acceptat oblata cum iuris terij præiudicio: neque bona defuncti reputantur, ex quibus hæres vota debet soluere, nisi quæ deducto ære alieno supersint leg. Mulier, iuncta Glossæ. Aliena, ff. de iure dot. secunda pars conclusionis scilicet, vota quævisque legatis piis esse præferenda, est manifesta. Quia vota defunctum obstringunt, non autem voluntaria legata. Sed quid dicendum, cum defunctus pluribus votis fuerit obstrictus, neque hereditas seu pars hereditatis post debita iustitiæ reliqua ex quo soluenda sunt vota, eorum solutioni non sufficit. An hæres tenetur pro rata diuidere?

496 Tenetur hæ-
res diuidere.
Tenetur quidem. Quia argumentum luminis ex legatis, quorum integræ solutioni si hereditas non sufficiat, pro rata est diuisio facienda. Nam obligatio hæredis ad soluenda vota est eiusdem rationis, ac obligatio soluendi legata, cum vtrique sit iustitiæ, orta ex additione hereditatis. Quare stare optime potest, quod defunctus obligatus sit votum de re meliori manifestè, prius exequi: & in casu dubio, quod prius emissum est. Et tamen hæres hanc obligationem non habet. Quia defunctus directè obligatus est Deo ex vi voti, & promissionis, unde mirum non est, obligari exequi, quod Deo gratus fuerit. At hæres non obligatur Deo, sed defuncto, & consequenter omnibus, in quorum utilitatem vota sunt facta: Ergo quod ipsis gratus fuerit, debet exequi. Credendum autem est, gratus fore, si pro rata fiat diuisio: Ergo gerenda est. Sic docti Neoterici, quorum sententiam haud omnino improbabilem esse iudicamus.

Minimè

Secl. II. De Precepto II. Problemata. 169

497 Minime tenetur, pro rata dividere: sed obli-
gatus est, votum de re meliori præferre: & in
casu dubio, votum, quod prius emissum esse
constiterit. Quia hæres defuncti personam
repræsentat. At defunctus illa vota eo ordi-
ne tenebatur exequi. Ita Sanchez l. 4. sum. cap.
15. nu. 41. Bonac. tom. 2. d. 4. q. 2. pun. 5. §. 2. nu.
14. Palas tom. 3. tract. 15. d. 1. punct. 16.
nu. 11.

498 Hoc omnino tenendum esse reor, nec ob-
stare, quod hæres ob aditam hereditatem de-
functo obligetur: quia obligatur defuncto in x-
ta ipsius defuncti obligationem, & volunta-
tem: quæ alia esse non potest nisi ea, quam
secundæ sententiæ Auctores assignant.

PROBL. CVIII.

Quando non constat quodnam votum me-
lius sit: aut quodnam prius fuit emissum
à defuncto: votente: hæres tenetur, &
non tenetur pro rata dividere omnium
votorum satisfactionem.

499 Ixi Problem. proximo, hæredem obliga-
tum esse votum defuncti de re meliori
præferre, & in casu dubio, votum quod con-
stitit prius fuisse emissum, cum pluribus vo-
tis adstructus obiit votens, & cunctis im-
plendis non sufficit hereditas. Si verò non
constiterit, quodnam eorum votorum sit me-
lius, neque quodnam fuit prius emissum, quæ-
siverim quid agendum hæredi.

500 Porro tenetur satisfactionem inter cuncta
vota pro rata dividere. Quia licet defunctus
in illo casu electionem facere possit, non inde
infertur posse heredem. Defuncto, dum super-
stes erat præfata electio concedebatur, quia
Deum creditorem habebat, cui æquè gratum
esset votum unum integre implere, quam duo
vota æqualia dimidiare. At hæres non Deum
creditorum, sed defunctum habet, cui ob adi-
tam hereditatem obligatus fuit: & consequen-
ter obligatus est omnibus illis in quorū utilitate
vota cedunt: quæ ratione hæres neque comu-
tationem, neque dispensationem irritationem-
ve votorum facere potest: quæ quidem votenti
concederentur. Sic Sanchez l. 4. sum. c. 15. n. 41.

501 Non tenetur pro rata dividere satisfactio-
nem, sed in nostro casu potest, eligere quod
maluerit votū viliū satisfaciāt ut defunctus po-
terat. Quia ea obligatio Religionis, quæ in de-
functo erat, translata est in heredem, & facta
obligatio iustitiæ, non tamen aliquo modo est
immutata. Ita Palas tom. 3. tract. 15. d. 1. pun. 17. n.
12. Bonac. tom. 2. d. 4. q. 2. pun. 5. §. 2. n. 15.

502 Vtiorē hanc partem esse existimo. Cui
crediderim non ob stare, hæredem obligari, &
aliis, in quorum utilitatem vota sunt facta. Quia
non obligatur nisi cum qualitatibus, quibus
testator Deo obligabatur. Quod verò non pos-
sit commutationem, vel irritationem petere,
inde provenit, quod eius obligatio non sit voti,
sed quasi contractus, ex additione hereditatis
provenientis. Limitat tamen Bonacina, San-
ctio consentiente, ut præfata doctrina non
procedat, si ab his, in quorum gratia facta
sunt vota fuerit promissio acceptata. Tunc
Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. IV.

enim non electio, sed divisio pro rata (in-
quunt) facienda est. Rogitas, quando nulli
sunt hæres quinam illorum teneatur in so-
lidum vota defuncti solvere; Respondio, ne-
minem in solidum teneri. Quia solum tenetur
quatenus est hæres: & cum solum in parte sit
hæres, pro ea parte vota solvere tenetur. Col-
ligitur ex leg. In executione 85. vers. Secunda,
ff. de verb. obligat. & tradit Sanchez num. 42.
asserens esse omnium.

PROBL. CIX.

Filius votum Religionis emisit sub hac
conditione: si pater consenserit: Imple-
ta est, & impleta non est conditio, si de-
clarato filij voto, pater consensit, li-
cet postea dissentiat.

503 SUppono, verissimum mihi esse, intentio-
nem communem filiorum in hac conditio-
ne apponenda, esse, molestiam parentum vi-
tare, ac proinde non tam positivum eorum con-
sensum quam carentiam dissensus expostula-
re: æquivalereque hanc conditionem, si
pater consenserit, huic, si pater non con-
tradixerit. Quæritur autem, num censea-
tur impleta hæc conditio, si declarato filij
voto, pater consensit, esto postea dis-
sentiat?

Impleta est planè conditio. Quia sicut non
impletur conditio, si dissentiat, esto postea,
consentiat: sic impletur conditio si pater
consensit esto postea dissentiat. Illo namque
primo consensu exhibitio iam obligatus est fi-
lius ingredi Religionem: quod verò postmo-
dum pater dissentiat accidentale est. Sanchez
pluribus relatis, l. 4. cap. 23. numer. 14. Laym.
l. 1. tr. 4. cap. 6. concl. 4.

Minime est conditio impleta, si pater pri-
mo consentiat, & postea dissentiat, ante quam
Religionem ingrediatur. Quia ex vi illius
conditionis, non vult filius se obligare ad Re-
ligionis ingressum, stante patris dissensu. Ita
Palas tom. 3. tract. 15. d. 1. pun. 17. nu. 3. & alij
docti Neoterici.

Ego quidem hoc probabilis reor: & ipse
Santius num. 14. fatetur de hac conditione
expressa, si pater non contradixerit. At hæc con-
ditio, si pater consenserit, non positivum con-
sensum, sed carentiam dissensus toto tempo-
re ante ingressum Religionis significat: Er-
gò idem est dicendum de hac conditione, si
pater consenserit, ac dicitur de hac conditione,
si pater contradixerit: scilicet non impleri,
quandocumque ante ingressum Religionis pa-
ter dissentiat. Verum si pater tempore voti mor-
tuus fuerit, vel antequam dissensum præ-
stiterit: conditio impleta censebitur. Quia
patris dissensus esse non potest,
sub cuius carentia Religio
promittitur.

* *

P PROBL.

PROBL. CX.

Conditio Voti debet, & non debet in specifica forma impleri: sufficit, & non sufficit, si in aequivalenti impleatur.

507
Non debet
necessario in
specifica forma
Votum
impleri.

Non debet necessario Voti conditio in specifica forma impleri, sufficit in aequivalenti, dummodò per illam aequivalentiam idem intentus sequatur effectus. Quia eo casu non spectatur conditio in se, sed quatenus via est, & dispositio, ad faciùs effectum obtinendum. Si ergò hæc dispositio & facilitas alia via obtinetur, conditio aequivalenter impleta est, & vouentis intentio satisfacta. Exemplis expono. Religionis Voto obligatur ille, qui se ingressurum promittit, quando soror eius matrimonio collocata fuerit, si de facto ipsa obiit, vel in Religione professionem gessit, vel cum fratribus diuitibus fuerit absque sui præsidij necessitate: quando solum ea causa suum in Religionem differt ingressum, ne sororem deserturam relinquat. Item voto Religionis tenetur ille, qui ingredi vult, quando pater obiit, quia existimabat, præ paupertate patris toto vitæ tempore fore ei necessarium. At postea pater ad pinguiorem fortunam ascendit: ac proinde cessat finis, ob quem differt Religionis ingressum. Sic Sanch. aliis relatis, lib. 4. sum. cap. 2. 3. num. 27.

508
Necessario
debet impleri
in forma specifica.

Necessario debet conditio in specifica forma impleri, nec sufficit aequivalenter. Quia satis commune est, conditionem in specifica forma impleri debere iuxta leg. Qui heredi. §. 1. & leg. Manius, ff. de condit. & demonstrat. Conditio enim induit formam. Et licet ab hac regula excipiantur conditiones, quæ tanquam dispositiones & media, ad effectum intentum assumuntur, ut non sit necessarium in specifica forma impleri, si æquè alia via effectus obtinetur, (ut probat Menoch. de præscript. l. 4. de præsump. 185. a. n. 6.) id non ex natura rei, sed ex iuris dispositione habetur. At cum in Votis, & eorum obligationibus nulla talis dispositio inueniatur, asserendum est, conditiones oppositas illorum obligationibus in specifica forma impleri debere. Cum enim tota Votorum obligatio non ex lege, ut in humanis contractibus, sed ex intentione vouentis pendeat, & hæc astricta sit illi conditioni, non videtur sufficere, quod altera loco illius apponatur, esto finis intentus æquè imò perfectius possit obtineri. Ita Palaus tom. 3. tractat. 15. d. 1. puncto 17. num. 5.

509
Hoc tenetur
exponere.

Hunc sequor, & doctrinam appositis pro prima sententia exemplis expono. Vouens Religionem, quando soror collata fuerit in matrimonium, vel quando pater mortuus fuerit, animo non relinquendi sororem, vel patrem desertum, non vouet Religionem, quando finis utriusque obtinetur, sed quando tale medium apponitur ad illum obtinendum. Non enim dicit: *Ingreddiar Religionem, quando soror, vel pater meo præsidio non indigerint*: Hic namque est finis intentus in illa conditione, sed non est ipsa conditio. Sed dicit, *Ingreddiar Religionem, quando soror matrimonio*

competenti fuerit collocata, & pater obiit, ac proinde conditio non est de fine, sed de aliquo medio ad finem determinato. Ergò tali medio non posito, esto aliunde finis obtineatur, non impletur conditio, sub qua obligatur Votum.

PROBL. CXI.

Culpabiliter impediens Voti appositam conditionem, tenetur, & non tenetur Voto, ac si conditio impleta esset.

Certum est, si impediatur conditio à propria vouentis voluntate pendens, nullum esse peccatum. Quia eo ipso, quo propria voluntatis iudicio remissa est: potest pro libito impediri, vel non impediri. Quod verissimum est, quando conditio, sub qua Votum obligatur, nulla lege præcipitur. Si autè conditio ex alterius voluntate pendeat, & lege prohibita sit, certum est, vouentem obligatum esse totis viribus conari conditionem impedire: ut si promiserit Religionem, si eius filius in fornicationem lapsus fuerit. Non enim Religio esse potest contraria charitati: ac proinde nec impedire, quin fornicationem filij euitare conetur. At si conditio nulla lege prohibita sit, obligatus est ex vi Voti conditionem non impedire. Quia vouens sub conditione ab alterius voluntate pendente, in eius voluntatem sui Voti obligationem remittit. Ne igitur hæc remissio inanis sit, cogitur voluntatem alterius non impedire. Porro vouens Religionem sub conditione paterni consensus, non agit contra Votum, si de facto procuret precibus, & rationibus, ne consentiat. Quia hæc preces, ac rationes consensus paternum absolute non impediunt: si quidem illum liberum ad consentiendum relinquunt. Esset autem contra Votum, si per vim aut fraudem consensus impeditur. Si quis verò votum emitteret in eundi Religionem, si integram recuperaret sanitatem, & contra Votum immoderate cibis noxiis utatur, vel media necessaria ad recuperandam sanitatem non apponatur, animo subterfugendi Voti obligationem: contra Votum delinquit. Quia conuincitur irritè Religionem Deo promississe sub conditione, quam malitiose de medio tollit. Secus erit si passione ductus cibis noxiis utatur. Quia ex vi huius Voti non est credendum, eum voluisse obligari ad procurandam sanitatem aliter quam antea esset obligatus. Demum si quis Religionem voueat, si Deus eum anno integro à mortali crimine patrando præseruauerit, contra Votum delinquet, si ex industria, ut Voti obligationem fugiat, incidat in peccatum: Secus si passione percitus corruat. Quia hoc Voto solum obligari potest, nè malitiose, & in Voti fraudem conditionem præseruationis impediat: non autem, si eam impediatur, qualiter, secluso Voto, impediret. Iam quæsierim, num in præfatis casibus impediens culpabiliter Voti conditionem teneatur Voto, ac si de facto conditio esset impleta?

Tenetur Voto, si ex culpa graui (licet non ex industria, ut voti fugiat obligationem) cui impeditur, tet conditione. Quia iam per eum stat, quominus conditio

Secl. II. De Precepto II. Problemata. 171

conditio impleatur. Sic supplet, Gabriel. in 4. dist. 38. quest. 1. art. 1. concl. 2. Tabie. verb. *Votum* 2. quest. 2. Angel. verb. *Votum* 1. num. 10. Alij addunt, hanc culpam debere esse ex malitia, & non ex infirmitate. Sic Syluest. verb. *Votum* 2. g. 2. Manu. tom. 2. sum. cap. 98. fine. Quia si impedire conditionem ex infirmitate, sufficeret ad obligationem, semper *Votum* obligaret. Alij addi-
cunt hanc malitiam debere esse in *Voti* fraudem: ita ut impediat conditionem animo *Voti* obligationem vitandi. Sic Nauar. sum. cap. 12. n. 24. Sanch. lib. 4. sum. cap. 12. num. 47. & 53. Bonac. tom. 2. d. 5. quest. 2. punct. num. 6. & 7. Quia si quis Religionem voueat sub conditione ab altero ponenda, quamque licite impedire non potest: tunc obligatur ad Religionem si per ipsum non steterit talem conditionem apponi: alias non esset obligatus conditionis eventum expectare. Ergo obligatur, si malitiose conditionem impediat; quia non per alium, sed per eum stat, quominus conditio impleatur.

§ 12 Non tenetur licet impediat malitiose. Minime tenetur, licet malitiose conditionem impediat. Quia obligari potest eo quod conditio impleta sit: & hoc non, quia supponimus malitiose conditionem fuisse impeditam. Vel obligatur *Votum* implere ob peccatum commissum in conditione impedienda: & hoc minus verum est; nam hoc peccatum solam obligationem poenitentiae, non restitutionis, ac satisfactionis affert. Ergo nullo ex capite potest oriri exequendi promissum obligatio. Ita Maior. in 4. dist. 38. quest. 1. corollar. 7. Suar. lib. 4. de *Voto*, cap. 17. num. 20. & valde probabilem reputat Layman. lib. 2. tract. 4. cap. 6. quest. 3. Palaus autem tom. 2. tract. 15. d. 1. punct. 17. num. 11. plane probabiliorum.

§ 13 Idem iudicio. Idem iudicio. Quia cum tota obligatio *Voti* pendeat ex vouentis intentione, & in *Voto* conditionali non sit nisi sub impleta conditione: efficitur, conditionem impleri debere, ad obligationem absolutam contrahendam. At eo ipso, quo conditio impeditur, non impletur: Ergo *Votum* illud conditionatum obligare non potest.

PROBL. CXII.

*Quis duplex votum emittit, alterum de for-
matione vitanda alterum penale de
peregrinatione gerenda: Sublato voto de
forimatione vitanda, sublato cen-
setur, & non censetur sublato vo-
tum de pena illa incurrenda, si deli-
querit.*

§ 14 Ex his qua-
stionibus titu-
lum. **D**ixi, De pena incurrenda, si deliquerit: quia si cum pena sit incurra, nam primum *Votum* transgressum est: constat manifeste, sublato *Voto* vitandi forimationem per dispensationem, vel irrationem, non tolli *Votum* de pena incurra. Quia iam est ab illo omnino independens. Notauit Layman. lib. 4. tract. 4. cap. 22. num. 9. Quasi asserim itaque, an per dispensationem, vel irrationem sublato primo *Voto* forimationem vitandi, censetur sublato *Votum* de pena illa incurrenda?

§ 15 Non censetur sublato. Quia est duplex Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. IV.

Votum, quorum vnum ab alio non pendet. Potest enim esse obligatio ad poenam, quin sit obligatio ex *Voto* vitandi forimationem. Et contra potest esse obligatio vitandi forimationem, quin sit obligatio poenam subeundi. Ergo credendum est sic haec *Vota* fuisse emissa. Sic nonnulli docti Neoterici, quorum sententiam non omnino crediderim improbabilem.

§ 16 Sublatum cen-
setur. Sublatum censetur *Votum* de poena subeunda, sublato *Voto* de forimatione vitanda. Quia hoc *votum* emissum est ut accessorium priori, & in illius perfectam obseruationem. Ita Sanchez libr. 4. sum. cap. 12. num. 9. Layman. citat. Palaus tom. 2. tract. 15. d. 1. punct. 18. num. 4.

§ 17 Hae senten-
tia placet om-
nino. Placet mihi admodum haec sententia. Nam esto independentem *Votum* alterum ab altero possit emitti: hic non est praesumendum, eo quod frequenter, & in plurimum *Votum* poenale ut accessorium priori *Voto* emittatur.

P R O B L. CXIII.

*Si quis duplex voto est adstrictus, altero vitandi forimationem altero poenae subeunda, si non vitauerit: a imperandam dispensationem *Voti* principalis, debet, & non debet necessarium *Voti* accessorij poenalis mentionem gerere.*

§ 18 Debet neces-
sario mentio
fieri *Voti* ac-
cessorij. **V**oti accessorij debet necessarium mentio fieri. Quia ob eius accessum materia *Voti* principalis leuatur est reddenda: ac proinde dignior, & Deo gravior: & frequenter maiori causa indiget ad sui dispensationem. Quod exemplo vouentis pergere ad limina Apollonorum sacro indutum illustro. Hic quidem non potest dispensationem obtinere huiusmodi peregrinationis, quin circumstantiam illam manifestet. Sic docti Neoterici, quorum mentem Palaus probabilem esse fatetur, dum contrariam sententiam satis probabilem solummodo profatur, tom. 3. tract. 15. d. 1. puncto 18. numero 5.

§ 19 Non debet. Non debet necessarium fieri *Voti* accessorij mentio in *Voti* principalis dispensatione, vel commutatione. Quia haec mentio idcirco facienda erat, quod *votum* accessorium aliquo modo annecteretur *Voti* principalis materiae, eamque digniorem, & gratiorem Deo redderet. At non sic habet hoc *votum* poenale: non enim annectitur *Voti* principalis obseruationi, sed potius illius transgressionem. Quia non obligat quovis *Votum* principale violatum fuerit: ac proinde materiam *Voti* principalis nec digniorem, nec gratiorem Deo reddenda. Ita Sanchez libr. 4. sum. cap. 21. num. 9. Layman. libr. 4. tractat. 4. cap. 5. corollar. 2. Palaus ubi supra.

§ 20 Cum ha opinio. Cum his opinor. Secus vero esse dicendum crediderim in exemplo adducto Romanae cum sacro peregrinationis. Quia haec circumstantia in obseruatione *Voti* peregrinationis ita adheret, ut *Votum* principale sine ipsa obseruati non possit: itaque huius est mentio necessarium facienda, non illius.

PROBL. CXIV.

Votum quis emittit de vitando ludo, & casu quo non vitet, de subeunda pœna: votum pœna debet, & non debet intelligi de sola prima vice.

521
Nonnulli
suppono.

Gravis est difficultas an quoties quis violationem votum pœnale emittit, pœnam incurrat: vel tantum illam incurrat illa prima vice; v. gr. promissit si luserit peregrinationem Romanam, Religionem ingredi, elemosynam agere: quæritur, an ad multiplicationem delicti pœna sit multiplicanda. Scio, id Emanuele de Sa v. *Votum*, num. 26. negare, cuius ratio esse potest, quia pœna multiplicanda non sunt absque manifesta ratione: neque obligatio voti in casu dubio est extendenda, sed positis præfatis verbis, est satis dubium, illum velle obligari ad pœnam illam subeundam, quoties luserit. Quia solum ex illis colligitur, eum velle obligari, ad illam pœnam subeundam si de facto luserit: quod vnica vice completur, & confirmo: Cum aliquis vouet absolute vigilia alicuius Diui ieiunare, de prima vigilia sequenti tantum intelligitur, nisi aliquod vniuersale signum addat: vt tradit Sanch. l. 4. *sum. cap. 14. num. 40.* Ergo similiter votum de pœna subeunda, si luserit, de primo ludo videtur intelligendum. Quia voti obligatio extendenda non est. Quod quidem probabile admodum esse reor, quando solum est votum de subeunda pœna in casu ludi: non tamen est votum de ludo vitando: quæserim autem si votum sit de ludo vitando, casu quo illum quis non vitet, de subeunda pœna an de sola prima vice votum debeat intelligi?

522
Non debet
solum de prima
vice intelligi.

Non debet intelligi solum de prima vice. Quia votum illud pœnale est accessorium voto non ludendi, seu de vitando ludo: sed votum de vitando ludo non est de sola prima vice: Ergo nec illud votum pœnæ subeundæ de prima vice debet iudicari solummodo. Confirmo: Votum pœnæ quis assumit ad se à ludo noxio quidē, continendum: sed is intendit non solum semel, sed in perpetuum à ludendi habitu continere: Ergo votum pœnæ non vnico ludo, sed omnibus est ludendi occasionibus annexum. Sic Sanchez l. 4. *cap. 22. num. 21.*

523
Debet intelligi
de prima
vice.

De sola prima vice debet intelligi. Quia ex eo, quod votum pœnæ accessorium sit voto non ludendi vnquam: non inferitur inde pœnam multiplicandam esse pro qualibet voti transgressionem. Potest enim quis sub vna singulari, & inuitabili pœna sic promissa se continere in perpetuum à ludo, dum illam non contrahit: esto post illius incursionem cesset. Itā Palus tom. 5. *tratt. 15. d. 1. punct. 17. num. 6.*

524
Consensio, dā
pœnam sic gra-
uissimā.

Ei lubens adhæreo, si pœna, quam quis per votum promittit, grauissima sit, quæque iterati non solet, qualis est Religionis, peregrinationis Romanæ, vel Hierosolymitanæ, aut exorbitatis elemosynæ: tunc quidem de

prima vice tantum votum, intelligendum esse reor. Quia pœnæ grauitas potest illum à ludo æternum continere, & non est credendum intendisse vouentem se ad tam ingentem pœnam subeundam sæpius, obligasse. De alijs verbis pœnis moderatis verius reor, cuiuslibet transgressionis suam pœnam correspondere ad illamque subeundam, vouentem se obligare voluisse. Quia hac ratione efficacius eum à praua consuetudine expediri, quis dubitet.

PROBL. CXV.

Cum quis subditus petis à superiore facultatem ad voto promissam gerendam, tenetur, & non tenetur, votum manifestare.

Errum est, votum de re honesta, & solum prohibita quo ad modum, valere, verbi gratia prohibet Prælati, ne eorum subditi, vel tali die ieiunent absque eius licentia: votum de ieiunio gerendo, sub intellecta conditione, si Prælati consenserit, validum est. Quia ieiunium cum facultate non prohibetur: sed potius consulitur: & concessio licentiæ non est relaxatio præscripti, sed illius executionis. Suar. l. 3. *de voto, cap. 6. num. 9.* Tenetur tamen sic vouens, licentiam à superiore petere. Quia promissum absque licentia illa non est voti materia: vt ergo voti materia sit, illa licentia sub re promissa continetur. Ergo etiā continetur illius petitio, vt potè medium moraliter necessarium ad eā obtinendā. Laym. l. 4. *tr. 4. c. 7. n. 7.* Quæserim verò, an teneatur vouens, eum licentiam à superiore postulat, votum factum manifestare?

Tenetur sanè. Quia hæc voti manifestatio conducit regulariter loquendo, vt facilius licentia concedatur: & casu quo neganda sit prudentius negetur. Tenetur ergo eam gerere manifestationem: tenetur enim licentiam eo modo petere quo credit obtinendam, esse, vel esse prudenter denegandam. Alias conuincetur subditus, non habere verum propositum votum exequendi. Sic Azor. *punct. 1. l. 1. cap. 16. numer. 6. Lessi. l. 1. cap. 40. dub. 13. numer. 73. Sayr. in Clauis, l. 6. cap. 5. num. 20. Valent. 2. 2. d. 6. quæst. 6. punct. 6. & alij apud Santium citandum.*

Non tenetur votum manifestare, nisi se expressè ad id gerendum obligasset. Quia ex vi voti solum obligatus fuit licentiam petere. Ad petitionem autem licentiæ, illiusque concessionem necessaria non est voti manifestatio: si quidem cessante voto, & peti, & concedi licentia poterat. Itā Laym. l. 4. *tratt. 4. cap. 7. Sanchez alios referens l. 4. sum. cap. 15. num. 29. Nauar. sum. cap. 12. numer. 69. Palus tom. 3. tratt. 15. d. 1. punct. 19. num. 9. Suar. l. 3. de voto, cap. 6. num. 15.*

Hanc partem probabiliorem esse iudico, nec ob stare, facilius licentiam obtinendam fore si votum manifestaretur. Quia ad hanc facilitatem procurandam vouens non se obligauit. Addiderim, incertum esse, ex manifestatione voti licentiam facilius esse concedendam.

Seet. II. De Precepto II. Problemata. 173

edendam: forte enim difficilius concedetur. Nam
egre ferunt Superiores, huiusmodi Vota, eis
consultis emitti.

PROBL. CXVI.

Parochi, aliorum Clerici Beneficium habentes residentiam requirens, possunt & non possunt Religionem vouere nisi sub conditione petendi ab Episcopo facultatem. Licet opus non est eam ab illo impetrare.

§ 19
Minime possunt. Quia absque huius licetie petitione transitus ad Religionem illis est interdictus *cap. Licet, de Regular. cap. Admonet, de renuntiatio. Sic Suar. lib. 3. de Voto, cap. 4. num. 18. Sayr. in Clau. l. 6. cap. 5. num. 21. Graf. part. 2. decis. l. 2. cap. 11. num. 24. Azor. part. 1. l. 11. cap. 6. quest. 3.*

§ 20
Possunt quidem. Quia nullus est textus, ex quo hac obligatio petendi licentiam ab Episcopo colligatur. Nam textus in *cap. Licet*, loquitur de Regularibus ad Religionem transiuntibus, & sic non est ad rem. Textus vero in *cap. Admonet*, prohibens dimissionem Ecclesiarum Episcopo inconstituto: intelligitur de dimissione extra casum Religionis à iure concessum, ut indicat ibi Glossa. Ita Sanch. lib. 4. sum. cap. 15. num. 48. Palus tom. 1. tract. 1. §. d. 1. punct. 19. num. 13. Hostiens. Cardin. Anton. Abbas ad *cap. Licet*, apud Santium.

§ 21
Verius hoc mihi. Quia præter quam quod nullus textus contrarium præscribens inuenitur, extat textus ferè clarus & manifestus pro nostra sententia *cap. Dua, 19. quest. 2.* in quo Urbanus II. libere permittit, quoslibet Clericos ad Religionem transire, neque ab Episcopo renocari posse. Cum igitur nullus licentiae petendae mentionem gesserit, non est, cur illis hoc sit onus imponendum.

PROBL. CXVII.

Penitere de Voto facto seu affici tristitia, quod illud emiserit: est, & non est veniale piaculum.

§ 22
Certum quid suspensum. Certe per se Voti violationem. Quia cum hoc dolore, ac tristitia compati potest voluntas efficax promissum exequendi: sicut de facto esse potest voluntas absoluta exequendi præceptum: tametsi quis sentiat, & doleat, tali se præcepto grauari: Ergo dolor & tristitia Voti illius non est violatio. Nauar. cap. 12. sum. num. 35. Bonac. tom. 2. d. 4. quest. 2. punct. 5. §. 4. num. 14. Notanter dixi per se non esse Voti violationem. Nam si ex dolore & tristitia, quo votum quis fecerit, periculo exponitur non gerendi promissum, Votum violatur. Quia Votum obligat firmum propositum de illius executione habere: nec periculo transgressionis exponi. Suar. lib. 5. de Voto, cap. 7. num. 7. Quæserim autem, num hic dolor ac tristitia de Voto emissio sit saltem veniale piaculum?

Esco. & Mend. Theol. Moral. Tom. IV.

Non est peccatum veniale. Quia ex obiecto nullam malitiam continet. Siquidem non appetitur præceptum, cui talis dolor, ac tristitia aduersetur. Sicut enim nullum fuit præceptum Vouendi, Na nullum præceptum esse videtur perueniendi in eo Voto: & sicut à principio poterat quis nolle vouere, sit post Votum factum potest nolle vouisse, quia viriūque actus idem est obiectum. Ergo ex parte obiecti dolor & tristitia de Voto facto nullam malitiam continet. Ex parte vero finis sæpè hic actus honestari potest. Si enim cognoscas, votum tibi fore damnosum, eo quod ob tuam malitiam occasio sit peccata multiplicandi: dolere de voto facto ob illum finem, non videtur illicitum: sed potius honestum. Sic Suar. citatis num. 4. & sequenti.

Regulariter, dolere de voto facto, veniale piaculum est. Quia hic dolor aliquomodo propositum Voti exequendi infirmat, retrahitque hominem à via perfectionis assumpta. Et quia frequenter huiusmodi dolor concipitur ex proprio amore, quo quis vult onera, & obligationes vitales, ac sanctas excutere: ac proinde ex fine non licito. Ita Palus tom. 3. tractat. 1. §. d. 1. punct. 21. num. 3.

§ 23
Crediderim, si aliquando quis doleat de Voto emissio ob transgressionem factas, talem actum veniale esse. Quia non est tam dolor de Voto facto, quam de illius transgressionem. Porro dolere de Voto per se & directe præcepto non aduersatur: aduersari tamen indirectè iudico: præcepto scilicet non aduersandi, quod obligat, ne Voti executionis propositum aliquantulum infirmetur per hunc dolorem. Quare etsi nulla fuerit obligatio Votum emittendi, poterat esse de perseverando in illo: aliàs posset quis pro libito illius obligationem excutere. Neque est simile; nolle vouere; ac nolle vouisse. Nam aliud est, viam perfectionis non accipere, aliud ab ea incepta deflectere, illiusque penitere, quod quidem regulariter inordinatum esse videtur.



CAPVT XXI.

Circa Voti Irritationem.

PROBL. CXVIII.

Iritandi Vota potestas ortum habet, & ortum non habet à naturali iure.

§ 24
EXPLICATA essentia Voti, cuiusque obligatio, restat exponere, quonam modo dissolui valeat. Vidimus autem *sect. 1.* triplici via hanc relaxationem fieri posse. Irritatione scilicet, Dispensatione, ac Commutatione. Recolo igitur Irritationem esse actum liberum, quo is, à quo Votum pendet, tollit Voti obligationem. P. 3. Duplicem



Duplicem autem esse irrationem alteram directam & propriam, alteram indirectam, & impropriam. Directa est, quae subiectione voluntatis fit; quia haec respicit actum votandi, illumque de medio tollit. Indirecta est, quae materiam promissam respicit, impediendo illius executionem: quaeque potius suspensio, quam irritatio vocatur. Deinde suppono irritationem proveniente ex subiectione voluntatis non esse actum iurisdictionis, sed dominij: quatenus superior ratione potestatis dominatiuae habet ius, ne subditus obligetur aliter quam pro suo consensu, ac voluntate. At irritatio ex promissa materia proveniens, aliquando est actus iurisdictionis, aliquando dominij. Est autem iurisdictionis tum spiritualis, tum temporalis: spiritualis, quando Pontifex, vel Episcopus materiam promissam prohibet, vel aliquid cum illius executione incompatible praecipit. Temporalis, quando Lex, vel Magistratus iuste praecipit aliquid, ex quo executio voti redditur impossibilis. His praemissis ad totius tractatus intelligentiam, quaesierim imprimis, num irritandi vota potestas ortum habeat ex naturali iure an ex Pontificio?

537
Potestas irritandi habet ortum à naturali iure.

Ex iure naturali habet ortum. Quia filius naturaliter subditur patri, servus domino, vxor viro, & Religiosus Praelato: At haec subiectione est radix huiusce potestatis: Ergo à iure naturali haec potestas oritur. Sic Petr. de Ledes. tom. 2. sum. tract. 10. cap. 7. dub. 2. Azor. punct. 1. l. 11. c. p. 17. quest. 3. Suar. l. 6. de voto cap. 6. num. 2. & 3. loquens de potestate parentum in filiorum vota. & cap. 7. numer. 3. loquens de Praelatis Religioforum. Sotus l. 7. de iust. quest. 3. art. 1. Sayr. in Clavi l. 6. cap. 10. num. 7.

538
Non à naturali iure ortum.

Potestas irritandi vota non habet ortum à naturali iure, sed ex iure positivo. Quia si sermo sit de potestate irritandi indirecta, id est impediendi materiae promissae executionem, cum haec saepius impediatur ex iurisdictione à iure positivo concessa, vel saltim à dominio iure gentium introducto, manifestum est, non ex iure naturali sed potius ex positivo ortum habere. At si de irritatione directa ac propria loquamur, facile ostendam ex iure positivo provenire. Id probo in Religiosis, ac in filiis familias. Porro tria vota substantialia Religionis ex iure positivo Regularem statum constituunt, redduntque Religiosum ita Praelato subiectum, ut nullum votum firmum, valeat emittere sine eius facultate. Certè non omnia Religioforum vota possunt Praelati Regulares irritare; siquidem votum assumendi strictiorem Religionem, irritare non possunt, cap. Licet, de Regular. Et sicut hoc votum fuit exceptum à dominatiua potestate, poterant alia excipi. Pendet ergo ex voluntate Pontificis limitare, vel extendere potestatem irritandi vota superioribus concessam. Ergo haec potestas ex iure Pontificio oritur. Item de filiis familias constat ius naturale non magis dicta puberes subici in votis realibus, quam in personalibus: neque magis in promissionibus homini factis, quam Deo: & tamen vota realia irritari possunt à patre, etiam

post pubertatem facta: & non personalia: & promissiones pupillorum homini factas, non potest pater irritare, ut in promissione sponsalium contingit; cum tamen votum reale, & personale irritari possit. Signum ergo est, ex iure positivo hanc provenire potestatem. Ita Gabriel Vasquez l. 2. quest. 96. art. 4. d. 165. cap. 3. 29. Lessi. de iust. l. 2. cap. 40. dub. 10. numer. 74. Palaus tom. 3. tract. 15. d. 2. punct. 1. numer. 4. Sanch. l. 4. cap. 24. num. 32.

Probabiliorem admodum hanc iudico sententiam. Ad cuius probationem vberius non feci de vxoribus, ac servis mentionem. Quia non satis constat eorum vota posse directe irritari: sed solum quatenus marito, vel domino praedictant.

PROBL. CXIX.

Competit, & non competit Pontifici, aliisque Ecclesiae Praelatis directè irritandi vota potestas.

Competit quidem fruunturque huiusmodi potestate ratione iurisdictionis sibi à Christo Domino concessae. Quia ad rectam Ecclesiae gubernationem videtur expedire, ut fideles in suis votis ita Pontifici, aliisque Praelatis subiciantur, ut secundum eorum beneplacitum obligentur, & non aliter. Sic Glof. ad cap. Quemadmodum, de iur. v. Conditio, Metina de Sacror. homin. contin. l. 5. cap. 44. Llamas methodo curat. pun. 3. cap. 44. §. 4. sine.

Minime competit Pontifici aliisque Ecclesiae Praelatis directe irritandi Christianorum vota potestas. Quia nullibi habetur hanc potestatem à Christo Domino datam esse, neque erat Ecclesiae regimini necessaria, neque conveniens; potius enim decebat fideles liberos relinquere, ut firmiter Deo obligarentur. Siquidem ex hac libertate non impediatur, quin posset Pontifex, iusta intercedente causa eos ab obligatione voti per dispensationem eximere, aut illorum executionem per potestatem praepceptam impedire. Non igitur erat conveniens Pontifici concedi facultatem irritandi omnes promissiones hominibus factas. Nihil enim esset firmum & stabile. Ita Bonac. to. 2. d. 4. q. 2. pun. 7. §. 2. m. 2. Sanch. l. 4. sum. cap. 24. 18. Valq. 1. d. 165. cap. 4. Lessi. l. 2. cap. 40. dub. 13. numer. 31. Azor. l. 11. c. 17. quest. 3. Suar. l. 6. de voto, cap. 2. numer. 3. Nauar. sum. cap. 12. numer. 79. Caiet. ex D. Tho. 2. 2. quest. 88. art. 12. in corp.

Hoc omnino tenendum existimo, unde à fortiori constat, non posse alios inferiores Praelatos, & multo minus Reges ac Principes temporales vota suorum subditorum directe irritare. Quia minore potestate in suos subditos gaudent, quam Pontifex. At si loquamur de potestate indirecta, quae ex prohibitione materiae provenit, ea fidelium vota poterit Pontifex irritare, quae Ecclesiae regimini obstituerint, quae de materia specialiter sibi subiecta videntes

Secl. II. De Precepto II. Problemata. 175

uentes emiserint. Vnde irritat vota Episcoporum & clericorum muneri sibi commissio praedictantia. Alia vota nec modo indirecto poterit irritare. Lessi. & Sanch. citati.

PROBL. CXX.

Peccant. & non peccant mortaliter superiores, qui subditis reuocant licentiam datam ad vouendum, facta promissione non reuocandi.

⁵⁴³ *Nonnulla promissa, circa irritandi vota potestatem,*
Arimus ad quam vota irritantia potestas sit extendenda, & supponimus ad vota interna extendi. Quia cum tota haec potestas nitatur conditioni, quam subditi appointunt in suis votis: si superiori placitum fuerit, & superior circa vota interna sibi que non manifesta, displicere potest: poterit plane ea irritare. Valq. 1. 2. d. 60. cap. 4. num. 17. Suar. tom. 5. in 3. p. d. 4. sect. 2. num. 8. & 1. 6. de voto, cap. 7. num. 8. Eadem ferè certitudine tenendum esse, potestatem irritantium ad vota futura extendi. Quia quicumque gaudens potestate dominatiua, potest nolle, vt vota emittenda à subdito, eique prius non communicata nulla & irrita sint. Sanch. 1. 4. sum. cap. 24. num. 49. Laym. l. 4. tract. 4. cap. 7. num. 6. concl. 3. si superior maior concessit subdito facultatem emittendi aliquod votum, inferior Prælati haud irritari posse. Quia in tantum vota subditi iritantur à superiore, quatenus iis superioris voluntas contradicit. At superiore maiore consentiente, nulla est inferioris Prælati contraditio. Suar. l. 6. de voto, cap. 8. num. 1. si autem localis superior licentiam emittendi, exequendique votum impertierit, posse Prouincialem illud irritare. Quia illo contradicente, tollitur inferioris Prælati consensus, & conditio beneplaciti superioris, sub qua votum à subdito fuit emissum. Sanch. l. 4. sum. cap. 27. num. 5. At si de irratione faciendâ ab eodem superiore, vel aquali eo, qui licentiam dedit, sermo sit, existimo, fieri posse valide, tamen si promiserit, licentiam non reuocaturum. Quia huius licentiae concessione non eximitur subditus à subiectione, neque fit sui iuris, vt discurrendo per singulos subditos, apte quidem Ferdinand. de Castro Palao probat tom. 3. tract. 15. d. 2. pun. 3. §. 2. num. 4. Ego autem id solummodo (vt quæstioni locum statuam) in licentia data seruis ostendam. Si seruo à domino solum simpliciter concessa fuit ad votum emittendum, non impedit potestatem, id votum irritandi. Quia concedens licentiam, intendit quoad minus fieri possit, proprio iuri cedere: & consequenter solum intendit impertire facultatem, & libertatem ad vtendum illa, dum sibi contrarium visum non fuerit. Verum si licentia sub promissione non reuocandi fuerit concessa, irritare vota non poterit. Quia sibi non præiudicant, & illa in parte iam seruis fit sui iuris. Nam si cum possit dominus seruo concedere simpliciter libertatem, à fortiori poterit libertatem largiri in aliqua peculiari materia siue reali, siue personali: qua libertate concessa, cessat irrationis fundamentum. Sanch. l. 4. cap. 27. num. 21. Iam requiro, num reuocans sine causa licentiam concessam, fa-

cta promissione non reuocandi mortaliter delinquit?

⁵⁴⁴ *Delinquit mortaliter,*
 Delinquit mortaliter. Quia si licentia concessa fuit sub tacita, vel expressa promissione non reuocandi, reuocatio sine rationabili causa facta est contra iustitiam, vel saltem contra fidelitatem in re graui. Ergo est mortale. Adde, hanc reuocationem in Dei irreuerentiam cedere, siquidem materia ei promissa & dicata, & firmata superioris licentia, sine causa tollitur. Sic Caiet. 2. 2. q. 88. art. 8. dub. 3. Sanch. pluribus relatis, l. 9. de matr. d. 40. num. 7. & l. 4. sum. cap. 27. num. 8. Laym. l. 4. tract. 4. cap. 7. num. 18. Nauar. sum. cap. 12. num. 73. Aragon 1. 2. d. 88. art. 8. post 6. concl.

⁵⁴⁵ *Non delinquit mortaliter,*
 Non delinquit mortaliter, sed venialiter solum. Quia reuocatio licentiae concessae sub non reuocandi promissione, non est contra iustitiam, si quidem ex licentia ad vouendum data subdito non amisit superior ius, quod habebat in subditum, ratione cuius ei competit irritandi potestas: ac proinde violans promissionem non reuocandi: contra iustitiam non delinquit: ea enim promissione subditus non acquisiuit ius, nè à superiore gubernaretur, nè illi maneret subiectus. Ad summum est contra fidelitatem, quæ per se secundum probabilem sententiam, ad culpam tantum obligat venialem. Ità Sotus l. 7. de iust. q. 3. art. 1. Rosel. v. Votum 3. num. 2. Suar. l. 6. de voto, cap. 4. ad finem. Et probabile reputant Sanch. cit. num. 31. Laym. ibid. & Palaus tom. 3. tr. 15. d. 2. pun. 1. §. 2. n. 9.

⁵⁴⁶ *Hoc mihi probabilissimum,*
 Ego autem non solum id probabile reputo, sed & probabilius esse iudicari. Quia contra iustitiam non est, vt videmus. Contra fidelitatem esse, solum est venialis culpa, quæ etiam excusari potest, si ipse, cui est data vouendi facultas, & promissio facta de ea non reuocanda cedat, & consentiat reuocationi. Neque etiam hæc reuocatio & irritatio est grauiter contra Religionem. Quia superior non vouit, neque irritando votum, facit, vt subditus votum transgrediat: cum potius faciat, & votum non sit, neque obliget: quod de se non est malum. Quare tota malitia sita esse videtur in quadam leuitate, & inconstantia animi, qua rem, vel personam Deo dicatam absque vlla causa à dedicatione detrahit & à via perfectionis excludit. Quod cum non fiat per violentiam, sed & suæ potestatis dominationis vsum, non videtur grauem culpam constituere.

PROBL. CXXI.

Taciturnitas, ac dissimulatio superioris sufficit, & non sufficit, vt censetur licentiam vouendi subdito seu voti emissi approbationem impertire.

⁵⁴⁷ *Qui certum supponit,*
Certum mihi, censeri superiorem concedere subdito licentiam vouendi non solum quando conscius voluntatis subditi, tribuit facultatem, vt votum emitat: sed etiam quando conscius voti facti illud approbat. Quia quoties consensus non requiritur ad actus valorem, potest præstari antè & post, & in ipso actu: vt multis citatis, probat Marjenzo l. 1.

P 4 *recopil.*

recopil. tit. 9. leg. 5. gloss. 1. num. 1. & 2. Quod in hoc casu contingit, cum Votum subditi ante Superioris consensum validum sit, & obligatorium, solumque ab illo consensu pendeat, ut accipiat firmitatem, ne possit licite, & sine gravi causa revocari. Sanchez affirmans esse omnium, l. 4. sum. cap. 27. num. 42. Quaeritur verò, an sufficiat taciturnitas & dissimulatio Superioris, Voto emisso cognito, ut censetur licentiam, seu consensum, vel approbationem impertire?

548
Sufficit quidem.

Sufficit, ex ea regula: *Qui tacet consentire videtur*. Quia Numeror. 30. dicitur: *Quod si audiens vir tacerit, & in alterum diem distulerit sententiam: quidquid voverat* (scilicet vxor) reddet, neque potest eius Votum iam pro libito irritari. Sic Innocent. cap. Scriptura, de voto, num. 4. Ioan. Andr. ibi. num. 4. Cardin. quest. 12. Valent. 2. d. 6. quest. 6. num. 16. & alij relati à Sancto lib. 9. de matr. d. 50. num. 9. Adhuc debere Superiorem, audito voto, contradicere statim, vel saltem eo die. Nam eo transacto contradictioni locus non erit.

549
Non sufficit.

Non sufficit taciturnitas absque interno Superioris consensu ad voti confirmationem: nec est illius signum sufficiens. Prior pars conclusionis clara est, quia Votum subditi nulla alia via firmatur, quam Superioris consensu: sub illius enim conditione emittitur. Ergo deficiente consensu, manet infirmum. Pars secunda probatur, quia consentire in Votis subditorum non est favorabile Superiori, sed subdito: si quidem eo consensu posito, non potest pro libito Votum irritare, sed gravi causa indiget. Ita D. Thom. in 4. dist. 32. fine. Suar. lib. 6. de voto. cap. 6. num. 14. & cap. 4. num. 20. Sanchez alijs relatis lib. 4. sum. cap. 27. num. 46. Palaus 10. 3. tractat. 15. d. 2. puncto 3. §. 2. numer. 15.

550
Hae pars mihi probabilior.

Probabilior mihi haec pars est. Quia regula illa, *Qui tacet*, in favorabilibus intelligitur. Locus verò Numer. inferens consensum ex sola taciturnitate vnius diei, caeremonialis erat: ac proinde talis dispositio cessavit: & quocumque tempore est locus contradictioni, dum non fuerit datus consensus.

PROBL. CXXII.

Si Superioris taciturnitati internus consensus addatur: esto voverit subdito non manifestus: Sufficit, & non sufficit, ut Superior licentiam, aut consensum impertire censetur.

551
Sufficit profecto.

Sufficit quidem, ut tale Votum dicatur, de Superioris licentia fuisse emissum. Quia est iam appositae conditio ad Voti firmitatem requisita, quae erat Superioris consensus, neque vllib. cavetur, quod consensus hic debeat esse manifestus. Adde, talem consensum aliquo modo manifestari, scilicet taciturnitate. Nam licet taciturnitas, & dissimulatio in praedictantibus non sit indicium sufficiens consensus: tamen quia haec taciturnitas efficit validum, ac firmum actum: praesumptio pro valore actus potior est, & preferenda, ut ex multis probat Menoch. de praesumptionib. l. 1. quest. 29. num. 3. & latius lib. 6. praesumpt. 4. Sic Suar. lib. 6. de voto. cap. 6. numer. 14. & cap. 4.

numero 20. Sanchez libro 4. sum. capite 27. numero 47.

Minimè sufficit. Sed necessarium est, ut Superior consentiens in Votis subditi subdito talem consensum manifestet per se, vel per literas, vel per nuncium proprium. Quia hic consensus est favor & gratia subdito facta, ac proinde debet ipsi intimari iuxta cap. Si tibi absenti, de praebend. in 6. At cum taciturnitas non sit sufficiens indicium consensus in praedictantibus sibi, absolute dicendum non est, concessam esse licentiam subdito, ex eo quod Superior audito Voto taceat, aut dissimulet, etiam si internum habeat consensum. Ita Palaus tom. 3. tractat. 15. d. 2. puncto 3. §. 2. numer. 15.

In ore duorum hoc verbum statit. Indico enim sententiam mei Ferdinandi de Castro veriorum esse, cui non obstat, praesumptionem pro valore actus omnibus alijs praesumptionibus esse preferendam. Id enim labens admitto in actibus elicitis ab eadem persona, & sibi fauentibus: non tamen in actibus sibi praedictantibus. Porro haec intimatio debet fieri à Superiore immediate, vel per nuncium ad id specialiter destinatum. Quia voluntates Superioris, & subditi debent aliquo modo iungi. Illud tamen omnino certum esse reor, teneri subditum Votum exequi, si videat, Superiorem non contradicere, cum possit. Quia talis non repugnantia, licet non sit approbatio Voti, utpote damnosa Superiori: est tamen permissio rei promissa exequenda: ut monet Sanchez libro 4. sum. cap. 17. numero ultimum.

PROBL. CXXIII.

Pater, & Mater possunt: & non possunt post pubertatem, & emancipationem irritare vota filij, ante pubertatem emissam, nec in pubertate confirmata, seu approbata.

Certum est, Vota realia filiorum puberum non posse à parentibus irritari, postquam sui iuris fuerint effecti. Quia cessat in parentibus fundamentum irrationis, quod est bonorum filij administratio. Idem est de Votis personalibus filiorum impuberum post pubertatem confirmatis. Quia ratione confirmationis exempta fuere à parentum iurisdictione; sicut si tempore pubertatis fuissent de nouo emissam. Suar. lib. 6. de voto. cap. 5. num. 13. Sanchez lib. 4. sum. cap. 30. num. 12. Quæstio verò procedit de Votis ante pubertatem emissis, nec in pubertate confirmatis, possit ne pater, curator, aut mater ea post pubertatem, & emancipationem irritare.

Non potest. Quia licet impuberum Vota emissam fuerint sub tacita conditione: Si parenti placuerint: at haec conditio subintelligenda est cum addito: Si parenti placuerint, dum personam filij gubernat: sicuti in votis realibus in pubertate emissis intelligitur, quæ tamen transacta pubertate non irritantur. Sic Sorus l. 7. de inst. q. 3. art. 2. dub. ult. Aragon. 2. 2. q. 88. ar. 9. Alcozer.

Sect. II. De Præcepto II. Problemata. 177

Alcozer. *sum. cap. 16. concl. 5.* Rosel. *v. Votum. 2. n. 13. concl. 3.* & probabilem reputat Sanch. *l. 4. sum. cap. 30. n. 4.*

⁵⁵⁶ *Respon. planæ.* Potest quidem pater, materve irritare filij vota impuberis post eius pubertatem, vel emancipationem, si tempore pubertatis confirmata non fuerint. Quia occasio, ob quam ius concessit parentibus posse irritare impuberum vota fuit, vt illis in obligatione contracta in ætate ita debili, & infirma subuenirent. At si parentes non possent post pubertatem vota impuberum irritare, non satis prouisum esset eorum imbecillitati. Ergo dicendum est, parentes & tutores hanc potestatem semper habere. Itã Caiet. *2. 2. q. 89. art. 5.* Azor. *p. 1. l. 1. cap. 7. q. 7.* Valent. *2. 1. d. 6. q. 6. pun. 6.* quæst. *inc. ult. Bonac. tom. 1. d. 1. q. 2. pun. 7. §. 2.* num. 19. Suar. *l. 7. de voto cap. 6. num. 8.* Lessi. *l. 2. cap. 40. dub. 1. 4. num. 83.* Sanch. *cit. n. 9.* Sayr. *in Clau. l. 6. cap. 10. num. 26.* Naar. *sum. cap. 11. num. 71.* & alij apud ipsos.

⁵⁵⁷ *Hanc sententiam iure confirmat.* Hanc sententiam veriore esse iudico. Quam efficaciter roboro ex *cap. ult. de sentent. excommunic.* Vbi conceditur Episcopis potestas absoluendi à sententia excommunicationis pueros, qui antè pubertatem Clericos percusserint: tamen post pubertatem petierint absolui. Quia non spectatur tempus, in quo petunt absolui, sed in quo fuit delictum commissum. Haud aliter spectari non debet tempus, in quo irritatio petitur, sed in quo contracta fuit voti obligatio.

PROBL. CXXIV.

Curator potest, & non potest post pubertatem vota personalia minoris in pueritia emissã irritare.

⁵⁵⁸ *Minus potest.* Minime potest. Quia curator datus est ad gubernationem minoris in bonorum administratione, non in persona. *leg. In copulandis. 9. C. de nuptiis. ibi:* Nec curatoris, qui solum rei familiaris sustinet administrationem, cuius officium durat vsque ad vigesimum quintum annum completum: quo tempore finitur pubertas. Sed irritare vota personalia, est actio spectans personam minoris, non eius boni. Ergo curator hac potestate minime gaudet. Item illa vota fuerunt emissã sub conditione, Si patri placuerint, & illo defuncto, Si placuerint tutori: non autem emissã fuerunt sub conditione, Si curatori placuerint, quia tempore, quo fuerunt emissã non erat dabilis curator. At tutoris officium cessat obtemperata pubertate. *Insit. Quibus modis tutela finitur:* Pupilli, pupillæque cum puberes esse cœperint, à tutela liberantur. Ergo cessat in tutore potestas ea vota irritandi, neque in curatorem transit. Quia sub beneplacito curatoris non fuerunt emissã, & quia curator non succedit patri in gubernatione filij tempore impubertatis, sed pubertatis. Sic Suar. *l. 6. de voto. cap. 6. num. 24.* Satis, quidem probabiliter.

⁵⁵⁹ *Potest equidem.* Potest equidem curator minoris sui vota in pueritiã facta, nec in pubertate confirmata irritare, sicut poterat pater, si esset superstes. Quia curator succedit in gubernationem filij,

in potestateque, quæ patri conuenire debebat eo tempore, si vueret: sed pater irritare potest vota filij puberis antè pubertatem emissã, nec post pubertatem confirmata: Ergo idem poterit curator. *Id. Sa. verb. Votum. vbi de Voti irratione. num. 5.* Lessi. *lib. 2. cap. 40. dub. 1. 4. num. 83.* Sanch. *lib. 4. sum. cap. 30. num. 15.* Palaustom. *3. tract. 1. §. d. 2. puncti. 3. §. num. 6.* Laym. *lib. 4. tract. 4. cap. 7. num. 11.*

Cum his opinor, asserens curatorem non solum gaudere potestate res minoris administrandi; directe enim bona minoris administrat, indirecte autem gaudet potestate administrandæ personam. Sicut tutor primo & per se datur ad personam pupilli gubernandam. Secundario ad regenda eius bona, vt constat ex *§. Datus. insit. de excusat. tutoris.* Et ratione huius potestatis indirecte potest curator vota personalia minoris in pueritiã facta, nec post confirmata irritare. Neque obstat, non posse dari curatorem eo tempore, quo Vota fuerunt emissã: quia curator non succedit parenti, pro eo tempore, sed pro tempore pubertatis in potestate, quæ tunc parenti competere: & cum hac extendatur ad Vota antea emissã, etiam curatoris potestas extenditur. Idem dixerim de matre, si curatrix sit, ac de curatore. Verum si hoc munus non exercet, tamen nullus sit curator, Vota impuberis post pubertatem irritare non poterit. Quia matri, qua mater est, nulla filij puberis gubernatio à iure conceditur neque personæ, neque bonorum. Sanchez *lib. 4. sum. cap. 30. num. 17.*

PROBL. CXXV.

Irritatio potestas extenditur, & non extenditur ad Vota emissã tempore subiectionis, implenda tamen subiectione dissoluta.

⁵⁶¹ *Nullus superior.* Nullus Superior huiusmodi potestate gaudet. Quia spectato tempore, pro quo votum obligat, cui videtur attendendum, nec voluntas vouentis, nec materia promissa subiectionem habent. Sic plures Doctores, quos refert Sanch. *l. 4. sum. c. 19.*

Omnes superiores huiusmodi fruuntur potestate. Quia esto voluntas vouentis, & materia promissa, spectato tempore, pro quo obligat votum, non habeant subiectionem: at illam habent tempore, quo obligatio contrahitur: & cum hac obligatio inconsulto superiore fiat, in cuius grauiorem, & irreuerentiam cedit, potest ab illo irritari. Ita plures alij apud ipsum Santiam *vbi sup.*

Vnam & alteram sententiam probabiliter esse existimo. Ast ego distinxerim de subditis plenè superiori subiectis quoad voluntatem, vel quoad solam materiam promissam. Si subditi sint plenè quoad voluntatem: horum vota etsi in tempus libertatis referantur, superior poterit irritare. Quia ratione poterit irritare superior vota Religiosi emissã in tempus, quo à subiectione liber extiterit: & pater, vel tutor vota filij, vel pupilli impuberis in pubertatis tempus relata. Quia horum voluntas plenè est superioribus subiecta: ac

⁵⁶⁰ *Cum vis opta non, rem quæ uberioris illustra.*

⁵⁶² *Nullus superior.*

⁵⁶³ *Omnes in superiores possunt.*

⁵⁶⁴ *Vota que proba sit, sed veritas non distinguitur.*

proinde obligari non potest, nisi cum superiorum dependentia. Si verò suber sint quoad materiam promissam tantum: horum vota relaxata in tempus libertatis, nullatenus superior poterit irritare. Quia sibi non praedictat. Quocirca nec vir irritare potest uxoris vota, nec pater filij puberis, nec dominus serui implenda tempore libertatis. Quia facta pro eo tempore nullum afferunt praedictum.

PROBL. CXXVI.

Emittit filius puer, vel uxor, vel seruus votum quod ex se, vel ex intentione voluntis est perpetuum: Potest id votum à parente, à marito, à domino penitus irritari.

564
Possunt qui-
dem.

Exempli gr. Vovit filius puer, uxor, aut seruus se quotidie elemosynam elargiturum, vel recitaturum quotidie Rosarium Despara, vel omnibus Sabbatis in eius honorem vitæ suæ ieiunaturum: dubium est, num huiusmodi vota possint à parente, à marito, à domino penitus irritari: Possunt quidem. Quia hæc vota æque libertatis ac subiectionis tempus afficiunt ac proinde irratione perfecta sunt capacia. Sic Sanch. l. 4. sum. c. 29. n. 7.

565
Minime pos-
sunt.

Minime possunt. Quia præfati domini solum irritare possunt subditorum vota, quatenus sibi præiudicant: sed illa vota solum possunt dominis hisce præiudicare quo ad materiam contingentem tempore subiectionis: non autem potest. Ergo solum quo ad illam partem possunt vota suspendere. Ita Lessi. l. 2. c. 40. dub. 14. n. 86. Palao 10. 3. r. 15. d. 2. pun. 3. §. 4. n. 2. Bonac. 10. 1. d. 4. quæst. 2. pun. 7. §. 1.

566
Probabilius
hoc iudic.

Probabilius hoc iudico, nec ob stare, hæc vota æque libertatis ac subiectionis tempus afficere. Quia afficiunt illud diuisibiliter: est enim materia illis promissa, diuisa singulis diebus correspondens: ac proinde secundum partem implendam tempore subiectionis, parens, maritus ac dominus possunt pro subiectionis tempore, manentibus firmis votis quoad partem tempore subiectionis implendam. Alioquin votum castitatis emissum ab uxore irritari posset à viro ita ut soluto matrimonio nulla illius esset obligatio: quod est omnino falsum, ut satis colligitur ex cap. Quidam, & ex cap. Taceret, de conuersat. coniugator.

PROBL. CXXVII.

Irritativa directæ potestas extenditur, & non extenditur ad vota emissâ tempore quo vouentes sui iuris erant.

567
Extenditur
sanè irritati-
ua directâ po-
testas, ad vo-
ta ante sub-
iectionem
emissâ.

Extenditur quidem. Quia superior Religiosus irritare potest vota à Religiosis in saeculo emissâ, & tutor signatus pupillo, eius vota emissâ tempore, quo carebat parente, & tutore. Ergo potestas irritatiua directâ extendi: potest ad vota emissâ tempore, quo

vouens sui iuris erat. Nam esto non fuerint emissâ sub tacita conditione absoluta beneplaciti superioris, quia nullus superior tunc aderat: fuerunt tamen emissâ ex iuris interpretatione sub conditione beneplaciti superioris, si existeret. Quod videtur necessarium in pupillo vouente, dum caret parente, ac tutore: ut hac ratione eius imbecilli iudicio, ac diminuta discretioni provideatur. Sic Lessi. l. 2. cap. 40. dub. 15. num. 33. Et probabile reputat Palao citandus.

Potestas irritatiua directâ nullatenus extenditur, neque extendi potest ad vota emissâ tempore, quo vouentes sui erant iuris: bene tamen indirectâ, & suspensiuâ. Quia ea sola vota superior potest irritare, quæ sub eius beneplacito fuerint emissâ: sed vota non habentis superioris sub nullius beneplacito emittuntur: Ergo directâ irritationis haud sunt capacia. Quod verò indirecte irritari possunt, manifestum. Quia virtute potestatis dominatiue superuenientis, impedire potest superior votorum sibi præiudicantium executionem, in qua suspensione, indirectâ irritatio consistit. Sic Doctores communiter teste Palao, & me constanter.

Profecto licet satis probabilem primam sententiam esse existimem, secundam communem tamen contenco, ratus quidem superiorem Religionis non irritare vota Religiosi in saeculo emissâ: qui professione Religionis tanquam solutione illorum perfectissima extinguuntur. Quod si ea tempore professionis Religiosus approbaverit, & in eis voluerit persistere: irritari poterunt à Prælato; quia iam sunt subiectionis tempore emissâ. Vota verò pupilli nemini subiecti, suspendi quidem poterunt, sed non irritari à tutore (idem de curatore respectu minoris sui dixerim) superueniente. Quia nullibi est cautum eos habere potestatem talia vota irritandi directè: & indirecta facultate sufficienter providere possunt pupilli, seu minoris administrationi. Unde infero, vota uxoris tempore libertatis emissâ suspendi à marito posse quatenus sibi præiudicauerint, & non aliter. Quod à fortiori procedet in votis seruorum tempore libertatis emissis, quæ à superueniente domino solum suspendi, non irritari poterunt.

PROBL. CXXVIII.

Irritatio, & suspensio voti procedens à dominatiua potestate, potest, & non potest licet sine causa concedi.

Certum mihi, irritationem & suspensionem voti procedentem à dominatiua potestate nullam ad sui valorem causam requirere. Quia subditus in sua promissione imbibit conditionem, si superior consenserit, vel non contradixerit. Ergo pro libito contradicentes, cessat obligatio. Suar. l. 6. de voto, cap. 1. num. 9. Basili. l. 10. de matr. cap. 17. num. 22. Quæstio verò, an sine causalitate concedi possit?

Potest iuste abque causa concedi. Quia promissiones subditi hanc (ut dicebam) tacitam con-

ditionem habent, Si superior consenserit, vel non contradixerit. Superior autem nullo vinculo tenetur, ad præstandum consensum, vel non contradicendum: sed in his liber est, & suo iure utitur. Ex gratia, si quis promittat elemosynam gerendam ex aliena pecunia sub conditione, Si dominus consenserit: poterit dominus pro libito non consentire absque culpa. At Religiosus, filiusfamilias, vxor, seruus promissionem faciunt sub conditione, Si eorum dominus consenserit. Poterit ergo dominus pro libito consentire. Sic Gregor. Lopez leg. 3. sine tit. 8. part. 1. Navar. sum. cap. 12. num. 73. Syluest. v. votum 4. q. 6. art. 6. Azor. p. 1. l. 11. cap. 17. q. 5. Basil. l. 10. de matr. cap. 17. num. 24. & alij plures. Qui quidem inferunt, posse voto adstrictum petere absque causa vlla irrationem. Quia petit rem, quam superior licite sine causa potest concedere.

Minimè potest iuste, sed saltem venialiter delinquit superior, qui absque iusta causa votum subditi irritat, vel suspendit. Quia suæ hæc potestas data sit in vocationis utilitatem, ut credatur data Prælati Regularibus: siue in utilitatem irritantis, ut est potestas domini in seruum, siue in vtriusque utilitatem, ut datur coniugibus: dissolui, & contra rationem est, eam absque causa vili irritanti vel vocationi, exercere. Et à ratione est alienum, quod superior absque aliqua causa impediat voluntatem subditi ad bonum voto obfirmatum cum superior ratione superioritatis teneatur de bono spirituali subditi providere: nec illi impedimento esse, cum sibi inde nullum damnum proveniat. Ità Sorus l. 7. de iust. q. 3. art. 1. Aragon. 2. 2. q. 88. art. 8. concl. 3. Valent. 2. 1. d. 6. q. 6. pun. 6. Laym. l. 4. tract. 4. cap. 17. n. 18. Suar. l. 6. de voto, cap. 1. Sanch. l. 4. sum. cap. 14. num. 13. Lessi. l. 1. cap. 40. dub. 12. num. 70. & dub. 13. num. 76.

Cum his sentiens, abnegarim, posse dominum cuius ille pecuniam vouit in elemosynam impertire, absque vlla causa negare consensum in eam elargitionem: habet enim semper causam legitimam abnegandi, nempe propriam utilitatem, qua priuatur, permittendo propriæ pecuniæ alienationem. At cum in præfenti supponamus, nullam incommoditatem superiori aduenire ex eo, quod subditus votum exequatur: abuteretur planè sua potestate, si illum à bono proposito concepto retrahat. Vnde constat, non posse subditi irrationem voti à superiore petere, nisi aliquam causam suæ petitionis habeat. Existimo autem, eam sufficientem esse, si grauatur voto se sentiat: quia ad excusandam venialem culpam, quæ in præfenti interuenit potest, quælibet causa modica sufficit: quare moraliter loquendo nulla culpa in concessione irrationis, illiusve petitione tunc inueniatur. Sanch. l. 4. sum. cap. 24. num. 15. & 16.

PROBL. CXXIX.

Irritativa potestas potest, & non potest alteri delegari.

Delegari non potest. Quia hæc delegatio non videtur posse fieri sine dominij

communicatione: sicut nec delegatio iurisdictionis sine communicatione iurisdictionis. Item quia irritativa potestas fundatur in conditione beneplaciti superioris, quam vota irritanda imbibunt. Ergo necessariò debet esse dominus & superior, qui votum valeat irritare. Sic Doctores quidam, quos pressio nomine, memorat Palaus to. 1. tract. 15. d. 2. pun. 4. n. 10.

Potest equidem delegari. Quia irritatio est contradictio superioris, dispositioni à subdito factæ. Ergo huiusmodi contradictionem potest superior per procuratorem exercere: sicut Prælati & dominus possunt per procuratorem contradicere alienationi factæ de rebus, quarum habent dominium. Ità Suar. l. 6. de voto, cap. 7. num. 17. Sanch. l. 4. sum. cap. 14. num. 54. Lessi. l. 2. q. dub. 18. num. 133. Palaus vbi supra.

Existimarim, rationem ab Auctoribus primæ partis indicatam concludere, neminem posse nomine proprio vota irritare, quin dominus sit, dominiumque habeat: non tamen concludit, eum qui alterius vices gerit, id tanquam procuratorem alieno nomine agere non posse. Sicut potest delegatus à Parocho potestatem assistendi matrimonio habere, quin Beneficium habeat: & procurator ad contrahendum matrimonium constitui, quin ipse matrimonij sit capax. Quia delegatus non proprio, sed alieno nomine assistit, & contrahit.

PROBL. CXXX.

Potest, & non potest maritus omnia vxoris vota, durante matrimonio, irritare.

Potest profecto. Quia Numer. 30. eodem modo loquitur textus de voto vxoris, ac de voto puellæ existentis in domo parentis. Et quia vxor subiecta est viro in omnibus, sicut Ecclesia Christo Domino est subiecta Ephes. 5. Ergo omnes eius actiones viro subiectæ sunt. Et quia ad conservandam pacem, mutuumque amorem inter coniuges, necessarium fuisse videtur, ut mulier plenè viro in omnibus esset subiecta: neque velle, aut nolle haberet, nisi iuxta viri beneplacitum. Quo quidem leuitari & inconstantie muliebri in vouendo providetur, sicuti impuberibus est proutum. Sic Sorus l. 7. de iust. q. 3. art. 1. Sanch. l. 9. de matr. d. 3. num. 7. & d. 39. num. 4. & l. 4. sum. cap. 34. num. 1. Et probabile reputat Lessi. l. 1. cap. 4. dub. 15. num. 88. Bonac. d. 4. q. 1. pun. 7. §. 2. num. 16. Ludou. Lopez. p. 1. instruit. cap. 47. vocat hanc sententiam satis tutam. Fassetque D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 8. ad 3. vbi vota vxoris cum Religiosorum votis comparat, quæ quidem superior potest irritare. Id ipsum indicant alij plures relati à Santio, ob quorum authoritatem sententia hæc probabilem admodum esse iudico.

Minimè potest maritus omnia vxoris vota irritare, matrimonio durante: sed ea solùm quæ matrimonij vsui, proli educationi, vel gubernationi domesticæ præiudicauerint. Quia nec ex natura rei, neque ex iure positio efficaciter colligitur, vxorem subditam esse viro in actionibus personalibus, quæ vsui matrimonij, educationem proli, vel domesti-

572
Iste non potest, sed saltem venialiter delinquit.

573
Cum his optat.

574
Non potest delegari.

575
Delegari potest.

576
Eiusdem mensuræ sum.

577
Potest omnia ad.

578
Minimè potest.

cam gubernationem non impediunt. Hæc namque subiectio ex matrimonij contractu oritur: ac proinde commensurari debet fini ipsius: sed plures sunt actiones, quæ præfato fini non officiant, nempe observatio divinorum præceptorum, moderata poenitentia, brevis oratio, elemosina ex propriis bonis, & alia similes: Ergo ad hæc gerenda Voto se vxor firmiter sine viri relaxationis metu poterit adstringere. Ita Nauar. *sum. cap. 12. num. 64.* Layman. *lib. 4. tract. 4. cap. 7. num. 12.* Palaut. *tom. 3. tract. 15. d. 2. punct. 6. num. 2.* Bonac. *tom. 2. d. 4. quest. 1. pun. 7. §. 2. num. 10.* Basil. *lib. 10. de matrim. cap. 17. num. 3.* Suar. *lib. 3. de Voto, cap. 6. num. 26. & 1.6. cap. 4. num. 2.* Valent. *1. 1. q. 88. d. 6. quest. 6. punct. 6.* Azor. *part. 1. l. 1. cap. 16. quest. ultim. & cap. 17. quest. 12.* Sayr. *in Clavis. l. 6. cap. 5. num. 8. & cap. 10. num. 19.* Lessi. *lib. 1. cap. 40. dub. 15. num. 89.* & alij plures.

Probabilior hæc mihi sententia, cui ob stare non censet locum Numeror. Illa enim lex est ceremonialis, ac pro illo populo lata, ac proinde cessauit. Alias omnia Vota puellæ etiam puberis existentis in domo parentis posset pater irritare. Verum concedens uxorem subditam esse viro in omnibus, quæ ad domus gubernationem attinent, abnego in aliis esse subiectam. Ac proinde sola ea Vota, quæ domus gubernationi, ac vni matrimonij præiudicant, poterit maritus irritare. Ex his colligo, qualiter possit vir Vota vxoris de operibus præceptis, vt de sacro audiendo, de ieiunio seruando, de confessione aut communionem gerenda, de non mentiendo, &c. Iuxta opinionem primam omnia hæc Vota potest irritare directe (esto eorum materia non sit marito subiecta.) At iuxta secundam nullo modo maritus potest hæc Vota directe irritare: tamen si possit, si domesticæ gubernationi necessarium fuerit executionem eorum votorum suspendere, opera impossibilia præcipiendo.

PROBL. CXXXI.

Votum castitatis ab vxore absque viri consensu emissum, potest, & non potest ab illo irritari.

Potest quidem. Quia esto mulier in actu coniugij viro subdita non sit, sed ei equalis. At subditur in voluntate, ne noua obligatione se implicet: à qua subiectione non eximitur, licet Votum ante consummatum matrimonium fuerit emissum. Quia non matrimonij consummatione, sed contractu vir caput est vxoris. Neque item eximitur, quamvis ex mariti licentia Votum illud fuerit emissum. Quia licentia non tollit à marito dominium, sed solum impedit liberam, ac expeditam irrationem: Ne scilicet absque graui causa fiat. Sic Sanchez *lib. 9. de matrim. d. 3. num. 7. & d. 37. num. 4. & l. 4. sum. cap. 34. num. 3.* & alij apud ipsum.

Minimè potest. Quia illud Votum continere poterat obligationem abstinendi à debito, petitione, & redditione, venerisque delectationibus. At qua parte continet abstinenciam à debito redditione, irritatione non indiget.

Quia ad hunc effectum extendi non potest ob alterius coniugis præiudicium. Qua parte vero continet obligationem abstinendi à petitione debiti, venerisque delectationibus, firmiter est, & irritabile. Quia secundum hanc partem marito non præiudicat. Ita Suar. *tom. 3. de Relig. lib. 9. cap. 8. numer. 5.* Palaut. *tom. 3. tract. 15. d. 2. puncto 6. numero 5.* & alij.

Hoc consequenter assero, adiciens, si ipse maritus agere ferat, semper petere, & ob hanc causam amor coniugalis immutatur, & discordia excitetur, cessare pro tunc Voti obligationem quoad petitionem debiti, ne sit maioris boni impeditura. Mecum Laym. *lib. 4. tract. 4. cap. 7. num. 16.*

PROBL. CXXXII.

Potest, & non potest vxor Votum mariti de non petendo debito irritare.

Suppono, vxorem ea sola Vota mariti posse irritare, quæ sibi præiudicauerint. Quia vir subditi non potest vxori quoad voluntatem, sed solum quoad materiam proficissam. Quocirca poterit irritare vxor Votum longa peregrinationis, nisi sit Ierosolymitanæ in terræ sanctæ subsidium: immoderate absentie: nimium precum, & similibus Quia obstant mutue habitationi, & obligationi reddendi. Lessi. *lib. 1. cap. 40. dub. 15. num. 98.* Bonac. *d. 4. quest. 2. punct. 7. §. 2. num. 17.* Idem dixerim de Voto induendi habitum Eremiticum, seu Tertie Ordinis D. Francisci. Quia ob horrorem, quem excitat retrahet fortasse mulierem à debito petitione, & à facili, ac vltanea redditione. Suar. *lib. 6. de Voto cap. 4. num. 8.* Lessi. & Bonac. citati. At de Voto non petendi est difficultas, num possit ab vxore irritari?

Potest equidem. Quia cogit mulierem, ad semper petendum, quod nimis onerosum est, & femina verecundia contrarium. Sic Henric. *lib. 1. cap. 15. num. 8.* Layman. *lib. 4. tract. 4. cap. 7. num. 16.* Sanchez. *lib. 9. de matrim. d. 42. num. 7.*

Minimè potest. Quia vxor non habet potestatem obligandi maritum ad petendum, sed solum ad reddendum. Ergo in abstinentia petitionis maritus iuri vxoris non præiudicat. Et licet inde vxor molestiam accipiat, sentiens se obligatam esse ad petendum id lenis considerationis est, cum maritus vtatur iure sibi dato, ex Voto nunquam petendi. Ita Palati. *in 4. dist. 38. d. 1. circa princip.* Anton. Gomez. *in Bul. Cruciat. claus. 10. num. 67.* Stunica. *quest. 5. de Voto. m. 60.* Plures Doctores huic sententia adherent, dummodò maritus se aliquoties offerat paratum debiti redditioni. Quia hac oblatione tollitur vxori verecundia, quam habere poterat in petendo. Sic Sanchez. *lib. 9. de matr. d. 41. num. 7.* Basil. *l. 10. de matrim. cap. 17. §. 2. num. 19.* Nauar. *cap. 12. sum. num. 60.* Lessi. *lib. 2. cap. 40. dub. 15. numer. 99.*

Hanc partem probabiliorē esse reor. Quia obligatio mariti debitum non petendi, minimè in vxoris cedit præiudicium: siquidem non retrahit

ELSCOB
Theol. Mo
Tom III. I
E. IV

Secl. II. De Precepto II. Problemata. 181

trahit eam à petitione: sed liberior petere potest, sciens maritum impeditum esse ad petendum, tum ut libidini satisfiat, tum ut annuat inclinationi naturali mariti. Neque video, videnam maritus teneatur aliquoties se offerre uxori paratum ad reddendum. Nam si de habituali obligatione loquamur, semper maritus paratus esse debet: si verò de actuali obligatione, sicut uxor non potest obligare maritum, ut petat debitum, ita nec ut se actualiter offerat, idem enim esset velut petere, contra voti obligationem. Sufficere crediderim semel uxori manifestare, se voto impeditum esse ad petendum, esse se ad reddendum exponat, cum primum uxor minimo suæ voluntatis indicamento petierit. Mecum Palauus tom. 4. tract. 15. d. 2. pun. 6. num. 10.

PROBL. CXXXIII.

Sub nomine patris ad voti iritationem venit, & non venit herus, vel Magister deficientibus patre, tutore, aliisque ascendentibus.

⁵⁸⁷ *Prædicto, quoniam non nomine filij, & patris intelligitur.*
Reuoco ad memoriam, posse patrem omnia vota siue realia siue personalia filij impuberis quantumvis doli capacis irritare. Quia illa omnia (iure sic disponente) emissa sunt sub parentis beneplacito, qui potest obligationem assumptam à filio elidere, vel confirmare. Porro sub nomine filij non solum legitimum, sed naturalem, & spiritum, si moraliter constet, vere eius esse, intelligi credo. Quia esto pater civilem potestatem non habeat ad filium naturalem, & spiritum gubernandum: habet tamen potestatem naturalem, ut filij imbecillitati in votendo consulat, ne maneat hoc conuenienti remedio destitutus. Quod intelligi quando nullo adest tutor, qui de hoc remedio provideat. Nam si tutor adit, ipsi, & non parenti competit filij illegitimi vota irritare. Tutori enim, & non parenti competit filij illius gubernatio: qui quidem sub tutoris, & non sub patris est potestate. *Insti. de patria potest. initio*, sub nomine autem patris ad hæc vota impuberis irritanda venit tutor. Quia loco patris ex iuris dispositione subrogatur. Mater verò, viuente patre, hanc potestatem non habet. Vita verò functo parente, vel amente, vel longissime absente, si filio datus sit tutor, aut curator, non poterit filij vota irritare. Quia nec personæ, nec bonorum ei competit administratio: sed penes tutorem, vel curatorem existit. Verum si filio datus tutor non sit, nec ex parte patris est aus, qui loco patris succedere possit, poterit mater vota filij impuberis irritare: non quia tutrix sit (tutelam namque ob mortem mariti iure ipso non habet, esto illam petere possit *Amb. Mariti, & ania C. Quando mulier tutela officio fungitur potest.*) sed quia iure ipso naturali illi datum est, filium impuberem gubernare, auctore, tutoreque deficientibus; ne eius imbecillitati in votendo consulat. *Suar. l. 6. de voto, cap. 6. num. 21. Bonac. to. 2. d. 4. quest. 2. pun. 7. §. 2. num. 18. Sanch. l. 4. sum. c. 35. n. 76. & 79. Laym. l. 4. tr. 4. c. 7. n. 10. Sa v. Voti irritatio, n. 1. Quæserim autem* Elcob. & Mend. Theol. Moral. Tom. IV.

tem, num sub nomine patris veniat herus, vel Magister deficientibus patre, tutore, aliisque ascendentibus ad munus vota irritandi?

⁵⁸⁸ *Veni quidē.*
 Venit quidem. Quia hoc pietati æquitati est consonum, ne impubes hoc remedio, quo suæ imprudentiæ in votendo consulitur, destitutus existat. Sic Laym. l. 4. tr. 4. c. 7. num. 10. *Beili. l. 2. cap. 40. dub. 14. n. 82. Suar. l. 6. de voto, c. 6. n. 23. Sayr. in Clau. l. 6. c. 10. n. 18. in fine.*
 Minime venit. Quia potestas dominativa ad iritationem votorum requisita nec iure naturali nec positivo, hero vel Magistro, nutritio infantis conceditur. Porius namque sui iuris esse reputatur impubes patre, tutore, aliisque ascendentibus carens. Ita Sanchez pluribus relatis, libro 4. sum. cap. 35. num. 84. *Bonac. to. 2. d. 4. quest. 2. punct. 7. §. 2. numer. 18. Palauus tom. 3. tract. 15. d. 2. punct. 7. n. 8. & alij plures.*

⁵⁸⁹ *Non venit.*
 Ego quidem primam sententiam ob pietatem, quam præ se fert, ob tatorum Doctorum ⁵⁹⁰ *be mihi præ* *habilius.* *esse crediderim.* *authoritatem probabiliorem sasis esse existimo. At secundam ob rationis vim probabilior planè esse crediderim.*

PROBL. CXXXIV.

Mater Minoris habet, & non habet eandem ac pater ad votorum iritationem, potestatem.

⁵⁹¹ *Plura de potestate parentis & curatoris ad iritationem voti præsumitur.*
Si de votis puberum loquamur, pater irritare eorum vota potest, quæ suæ administrationi, ac gubernationi domesticæ præindicauerint, non alia. Quia obtenta pubertate, filius præsumitur plenam discretionem habere ad votandum. *Suar. l. 6. de voto, cap. 5. num. ult. Sanch. l. 4. sum. cap. 15. num. 61. Infero,* non posse parentem irritare filij puberis votum Religionis, castitatis, Ordinis suscipiendi. Quia in iis filius sui iuris est. Nec votum frequentandi sacramenta, suscipiendi moderata ieiunia. Quia hæc domesticæ gubernationi non obliunt. Nec votum reale ex bonis, quorum filius dominum, & administrationem habet, ut sunt bona castrensia, & quasi. Quia in horum alienatione filius sui est iuris. *Bonac. tom. 2. d. 4. q. 2. pun. 7. §. 2. num. 21. Suar. l. 6. de voto, cap. 5. num. 6. Deinde nec posse irritare votum filij puberis de bonis adventitiis, quorum neque vltimofructum, neque administrationem habet. Quia solummodo tale votum ei ob has rationes præiudicare poterat. Sanch. l. 4. sum. cap. 35. num. 41. Porro curator eandem potestatem ac pater habet ad irritandum minoris vota, dum durat officium. Quia eo tempore plenè parentum loco subrogatur: & ob hunc finem datus est ei, ut bonis eius providere valeat. Quod si plures sint curatores designati, (& idem est de tutoribus comparatione pupilli,) penes quem libet ipsorum est integra potestas vota puberis irritandi. Quia hæc competit ratione officij: & nulla est specialis ratio, cur potius vni, quam alteri competat. *Suar. l. 6. de voto, cap. 6. num. 21. Sanch. l. 4. sum. cap. 15. n. 70. Denique de matre, si curatrix sit, idem dicendum. At si curatrix non sit,**

fit, & minor curatorem habeat, certum est, nullam habere potestatem. Quærimus verò, an possit sicut pater filij puberis irritare vota, si is curatorem non habeat?

592 Eandem ac pater habet in hoc casu potestatem. Quia deficientibus patre & curatore, aliisque ascendentibus parentis, qui de minoris obligationibus provideant, rationi consonum esse videtur, ut mater (autique) succedat ob naturalem in filium potestatem & amorem. Sic Manu. tom. 2. sum. cap. 91. num. 10. concl. 9. Vega. tom. 2. sum. cap. 129. casu 96. Scunica de voto. q. 3. num. 95. Sayr. in Clavi, l. 6. cap. 10. num. ult. Sa. v. voti irritatio, num. 1.

595 Mater non habet eandem, ac pater, potestatem ad irritanda filij puberis vota, etiam si ille careat curatore. Quia pater solum potest vota filij puberis irritare, dum sub eius est potestate, & quia in eius potestate est: At filius pubes non est sub potestate matris, quatenus mater est, ut deciditur in §. Famina, in fit. de adoptione & lege Regia 2. & 8. tit. 17. partita 4. Ergo mater, quatenus talis est, potestatem non habet, filij puberis vota irritandi. Ità Suar. l. 6. de voto, cap. 5. fine. Sanch. l. 4. sum. cap. 35. num. 77. Palaus. tom. 1. traft. 15. d. 2. pun. 7. num. 15. & alij communiter.

594 Nullatenus admiserim sententiam primam ob illorum textuum decisionem. Et quidem de votis realibus pro sententia secunda ratio est manifesta. Quia matri non competit ipso iure administratio bonorum filij puberis, mortuo parente, sed curator à iudice designato: & dum nullus designatur, ipsi minori competit. Quia est sui iuris. At potestas patri, & curatoris ad irritanda vota realia in administratione fundatur. Cum ergo hæc matri, quatenus talis est, non competat: nullo modo hæc potestas ei competere potest.

PROBL. CXXXV.

Prelatus Regularis potest: & non potest omnia Religiosi subditi vota irritare.

595 Certum omnino est, posse irritari à Prælati vota Religiosorum, quæ eorum iurisdictione, ac regulari gubernationem impediunt. Quia non possunt esse voto obedientiæ contraria, neque in superiorum præiudiciu. At quia à Religiosis plura vota possunt emitti iurisdictioni superiorum non præiudicantia: ut sunt vota de actibus internis, de servandis Ecclesiæ, ac Religionis præceptis, & similibus: quærimus, an hæc cuncta vota possint à Prælati irritari: an solum præiudicantia?

596 Solum possunt vota præiudicantia eorum iurisdictioni, vel regulari gubernationi valent irritare. Quia vniuersalis irritatio esse non potest, nisi Religiosi ita Prælati subiecti sint in obligationibus assumendis, ut in eorum voluntate sit constitutum, illos obligatos existere, aut nullam habere obligationem: sed ex voto obedientiæ, statuque Religioso hæc tam arcta subiectio non colligitur: indè namque solum colligitur in Religiosis obligatio obediendi in consentaneis regulæ: & in Prælati

potestas ea præcipiendi, prohibèdique aduersa: Ergo Religiosi non sunt ita Prælati subiecti, ut non queant aliquam obligationem regulæ consentaneam, statuique Regulari convenientem, voto emisso, subire independentem à superiorum voluntate. Sic locuti de voto præceptorum, Caiet. 2. 2. quæst. 88. art. 8. dub. ult. Palaci. in 4. dist. 38. d. 3. Armil. 7. Volum. 2. g. Ang. p. 2. q. vni. de voto, d. 7. diff. 2. concl. 3. & alij apud Suar. citandi. Et probabilem esse docet Lessi. l. 2. c. 40. dub. 13. n. 74.

597 Prælati Regulares possunt omnia Religiosi subditi vota irritare cuiuscumque materiæ sint, excepto voto intundi Religionem strictiorem. Quia negari non potest potuisse Pontificem, & aptius Religiosi gubernarètur, eorum voluntate, ita Prælati subiectere, ut absque eorum consensu nihil firmiter vouerent. Si enim ut immaturo filiorum, aut pupillorum iudicio provideret, sic pupillorum voluntatem parentis, vel tutori subiecit, ut in parentis, vel tutoris arbitrio sit vota eorum firmare, vel cassare: & qualibet Respublica potestatem habet contractibus suorum ciuium eas condiciones apponere, quibuscum & non aliter obligati persistant. Cur non poterit Pontifex de Religiosorum votis sic providere, ut hac via in statu assumpto rectius, & securius procedant? Quod verò ita factum sit, probat praxis, & usus Religiosorum. Ita Lessi citat. n. 75. Sanch. l. 4. sum. c. 14. n. 30. Valq. 1. 2. d. 16 §. c. 4. n. 29. Laym. l. 4. tr. 4. c. 7. n. 6. concl. 3. Suar. l. 6. de voto, cap. 7. n. 1. Valent. 2. 2. d. 6. q. 6. pun. 1. 6. quæst. iunc. 5. Nauar. sum. c. 12. n. 65. Azor. p. 1. l. 11 c. 17. q. 6. & 17. Bonac. tom. 2. d. 4. q. 2. pun. 7. §. 2. num. 26. & alij plures apud ipsos.

598 Hæc sententia longe mihi est probabilior quam approbari à D. August. relato in c. Longe probat. Non dicaris 11. quæst. 2. Vbi dicitur Religiosorum non solum facultatibus, sed etiam voluntatibus propriis enunciare, & se per promissam obedientiam aliorum potestati, & imperio subdere. Et Bonif. VIII. in c. si Religiosus, cuius arbitrium non ex sua, sed ex illius quem vice Dei supra casus summi posuit, & cuius imperio se subiecit, voluntate dependet. Hinc concedo, ex præciso voto obedientiæ, statuque religioso hanc latam subiectionem non oriri. Oriri tamen ex ipsis, sic disponente Ecclesiæ, Cui subiectioni non obstat quod sæpè Prælati executionem materiæ promissæ impedire non possint. Quia impedire possunt nouam, & voluntariam obligationem illius, ut potè non necessariam, ac multoties minimè convenientem.

PROBL. CXXXVI.

Abbatissa an Priorissa Monialium vota omnia possunt, & non possunt, uti Prælati Regulares, irritare.

599 Non possunt. Quia non videtur necessaria huiusmodi potestas, cum eam habeant Prælati Regulares, quibus Moniales ipsæ subduntur, & quia Abbatissæ, ac Priorissæ

Secl. II. De Præcepto II. Problemata. 183

rissæ spirituali carent iurisdictione. Ut probat Sanch. multis relatis, lib. 6. sum. cap. 1. num. 17. Sed potestas irritandi Vota in iurisdictione fundatur: Ergo carentes iurisdictione potestate dominativa carent: Ergo nulla Monialium Vota poterunt irritare. Sic plures docti viri, apud Santium citatum.

600
Possunt omnia Vota Monialium, (vti Prælati Regulares omnia subditorum Regularium) commutare. Quia Moniales Votum obedientie Abbatissis vel Priorissis, sicuti Regulares suis Prælati emittunt. Itā Sayr. in Clau. lib. 6. cap. 10. num. 7. & 13. Sanch. pluribus relatis, lib. 4. sum. cap. 3. num. 19. Lessi. lib. 2. cap. 40. dub. 18. num. 13. Suar. lib. 6. de Voto, cap. 7. in fine. Consentit ex parte Palaeus tom. 3. tract. 1. §. d. 1. pun. 8. num. 7.

601
Huius mentem sector affirmans, Abbatissas sola ea Vota posse irritare, quæ domesticæ gubernationi obesse possunt. Quia Abbatissæ nullam aliam in Moniales potestatem habent nisi domesticam, & politicam, & in ordine ad bonum temporale domus & familiæ. Neque Moniales ei obedire promittunt, nisi in his rebus, quæ hanc domesticam, ac politicam gubernationem spectant, vt ipsemet Sanch. probat lib. 6. sum. cap. 1. n. 20. & num. 17. Ergo solummodo irritare poterunt, Vota hanc gubernationem domesticam spectantia. Quia solum in hac parte Superiores sunt, & Monialium voluntatem habent subiectam. Mecum Azor. part. 1. l. 1. cap. 17. q. 3. ad finem.



CAPVT XXII.

Circa Voti Dispensationem.

PROBL. CXXXVII.

Si petens dispensationem Voti, illamque concedens, bona fide procedant, existimantes, causam adesse legitimam: valet, & non valet, dispensatio.

602
CERTVM est Dispensatione Voti obligationem cessare. Quia dispensans relaxat Votum Dei nomine, quod per Votum debetur. Et sicut, facta creditoris remissione, vel vices illius habentis debitum extinguitur: sic facta huiusmodi relaxatione, seu remissione, vices Dei habentis, Votum cessat. Hanc autem relaxationem actum esse iurisdictionis spiritualis Ecclesiasticæ à Christo Domino Petro, eiusque successoribus concessæ. Mat. 16. Quodcumque solueris super terram, erit solutum & in celis. Vt verò hæc dispensatio licita, ac valida sit, causam iustam expostulare. Quia cum nomine Dei fiat, in tantum fieri poterit, & valebit, in quantum Deus ipse consenserit. At Deus nequaquam est censendus consentire in sui debiti remissione absque causa facta, nam talis remissio irrationabilis est, & rectæ Ecclesiæ administrationi præiudicans: Ergo dispensatio ad sui valorem iustam causam expostulat. Certis hisce præmissis, quæ fierim, an si petens dispensationem, illamque concedens, bona fide procedant, existimantes Escob. & Menz. Theol. Moral. Tom. IV.

causam legitimam adesse, valeat dispensatio, nec teneatur dispensatus ad Votum suum redire, deprehensa causa insufficientia?

603
Valeret equidem dispensatio. Quia æquitati est consonum ad sedandos scrupulos, pacandæque conscientias, & Ecclesiæ rectam gubernationem, vt Deus remissionem Voti nomine ipsius bona fide factam approbet, ac confirmet. Si enim cum causa dubia existit ad dispensandum, potest Prælati validè, & licitè dispensare: (vt docet Laym. l. 4. tr. 4. c. 8. n. 5. Sanch. l. 4. sum. c. 4. §. n. 10. & alij) à fortiori id poterit, cum tam imple quam subditus credunt legitimam dispensationis causam adesse. Sic Lessi. lib. 2. cap. 40. dub. 1. num. 119. Sanch. lib. 4. sum. cap. 44. num. 10.

604
Minimè valet. Quia ad sedandos scrupulos, & pacandas conscientias id non est necessarium: sufficit enim quod præsumatur, legitimam esse dispensationem: quod rectè præsumi potest, quoties conceditur ex causa, quæ legitima existimatur: imò ex causa quæ dubia est. Nam stantè hac præsumptione, tutus est dispensatus, ac securè procedit. Quod verò dispensatio, detecta nullitate causæ subsistat, neque ad rectam gubernationem, neque ad scrupulos vitandos, sedandæque conscientias expedit: sed potius expedit contrarium, ne Deus censeatur, errori fauere. Itā Salas, Basil. quos citat, & sequitur Caltr. Palaeus tom. 1. tract. 3. de leg. d. ult. pun. 8. §. 2. num. 5.

605
Verius crediderim, ob causam existimatam legitimam, sed in re illegitimam minimè subsistere dispensationem: esto dispensans, & dispensatus excusentur à culpa. Quia iura & Doctores clamant ad dispensationes valorem causam legitimam veram requiri, ergo causa non vera sed apparens minimè sufficit.

PROBL. CXXXVIII.

Leuitas in vouendo: est, & non est sufficiens dispensationis causa.

606
PRæmitto, illas esse sufficientes dispensationis causas, quæ Voti obstant executioni. Quia cum obligatio exequendi Votum cedat in Dei honorem, & in vouentis utilitatem, non est censendus Deus illius remissioni consentire, nisi addit causa huius executionis obligationem impediens. Causa verò obstantes executioni Voti sumuntur tam ex modo vouendi, si imprudenter, temerè, & absque perfecta deliberatione votum sit emissum, quod contingere potest, eo quod in tenera ætate votum quis conceperit, vel quia interueniente metu, in tristitia, aliaque passione, vel errore circa causam impulsivam vouit: vel quia causa, ex qua motus fuit, ad vouendum cessauit. Nam in præfatis casibus regulariter vouens periculo subest, votum violandi Suar. ex communi Doctorum l. 6. de Voto, c. 17. num. 8. Quæsierim verò, si contingat, sic vouentem specialem difficultatem exequendi votum non habere, nec specialem periculo subesse, illud violandi: an eo solum, quod immature, & imperfecta deliberatione votum emiseric, habeat sufficientem causam dispensationem impetrandi?

607
Minimè habet. Quia cessante graui difficultate

Non est leui-
tas in vouen-
do causa suf-
ficiens.

tate exequendi Votum grauius transgressio-
nis periculo, nulla est causa obftans execu-
tioni Voti. At omnes Doctores sentiunt, cau-
sam legitimam dispensationis illam tantum ef-
fe, quae Voti executioni obftat: Ergo defe-
ctus plenae libertatis in vouendo, non dat suf-
ficientem dispensandi causam. Sic Valent. 2. 2.
d. 6. quest. 6. puncto 7. Suar. lib. 6. de Voto, cap. 17.
num. 14. fatus: Licet Votum fuerit temere fa-
ctum, si tamen non nocet, sed potius vtile in-
uenitur: non erit illa sufficiens causa tollendi
Votum. Fauent Lessi. lib. 2. cap. 40. dub. 17. n.
120. & Layman. lib. 4. tractat. 4. cap. 8. num. 5.
asserentes, leuitatem in vouendo praestare faci-
liorem dispensationis impetrationem. Tacite
enim insinuant, leuitatem non praestare cau-
sam sufficientem, sed supposita aliunde causa
sufficiente, praestare, vt facilius concedatur.

608 *Est sufficiens
causa.* Habet, sufficientem causam dispensandi.
Quia Doctores aequè assignant pro causa ad
dispensandum in Votis facilitatem in vouen-
do, & perfectae libertatis defectum: ac assignant
difficultatem exequendi Votum, & periculum
violandi illud. Sed grauis difficultas exequendi
Votum, & periculum violandi illud, est suffi-
ciens dispensationis causa: Ergo etiam erit suf-
ficiens causa leuitas in vouendo, & defectus
plenae libertatis Ita Nauar. cap. 12. sum. num. 25.
& 17. Azor. part. 1. l. 1. cap. 15. quest. 5. Ludou.
Eop. part. 1. Instr. cap. 49. Arag. 2. 2. quest. 88. art.
1. concl. 3. Sa. verb. Voti irritatio, num. 9. Bonac.
tom. 2. d. 4. quest. 2. puncto 7. §. 4. num. 14. Palaus
tom. 3. tractat. 15. d. 1. punct. 9. num. 7. & alij.

609 *Verius hoc
credo.* Verius credo, defectum perfectae, & maturae
deliberationis vnde cumque proueniat, praebere
sufficientem causam dispensationi. Admitto
namque ex prima sententia, causam sufficien-
tem ad dispensandum debere executioni Voti
obstare, sed abneget, defectum plenae delibera-
tionis non esse huiusmodi. Per se enim obstat,
cum Votum emittitur, licet postea non obstat,
sed id est per accidens. Monuerim tamen licet
defectus plenae ac perfectae deliberationis praer-
stet sufficientem dispensationis causam, sed non
semper, sed raro eam praestare sic absolute, vt
sufficiat ad Votum omnino relaxandum abs-
que aliqua commutatione. Prudentis enim ar-
bitrio spectanda est tum grauitas Voti, tum
causa, ex qua defectus libertatis est ortus: &
ex illis iudicandum, num possit absoluta dis-
pensatio concedi, an potius debeat admitti
commutatione geri: Mecum Sanch. lib. 4. sum.
cap. 45. num. 28. & Suar. lib. 6. de voto, cap. 17. n.
8. & 14.

PROBL. CXXXIX.

*Praelatus Regularis potest, & non potest, po-
testate Ordinaria, in Nouitiorum votis
dispensare.*

610 *Quinam ha-
beant dispen-
sandi Vota
Ordinariam
potestatem.* Certum est, Praelatos habentes iurisdictionem
quasi Episcopalem potestatem habere
dispensandi in omnibus Votis suorum sub-
ditorum, nisi aliqua sint specialiter reseruata.
Quocirca non solum Pontifex, sed Archiepis-
copus, Episcopus, Legatus à latere in sua Pro-
uincia, summi Pontificis Penitentiarius, Capi-

tulum, sede vacante, Praelati Regulares exem-
pti, Abbates habentes propriam Diocesim, po-
testatem ordinariam habent dispensandi in
omnibus Votis, quae reseruata non sint. Quia
id rectè Ecclesiae gubernationi conuenit. Pato-
chus nullo modo huiusmodi potestatem obti-
net. Quia iurisdictione in foro externo ad
dispensandum requisita non gaudet. Quae-
rim autem speciatim de Nouitiis, à quonam eor-
um Vota sint dispensanda? & suppono posse
ab Episcopo dispensari, si quidem ab eius iurisdictione poenitus exempti non sunt. Sed an ab
Episcopo Antiquae Diocesis, vel ab Episcopo
illius Diocesis, in qua de praesenti residet? Pro-
babilis reor ab hoc Episcopo dispensandos
esse, non solum quia probabile est per habita-
tionem transeuntem aliquale domicilium, &
subiectionem acquiri in ordine ad absolutio-
nem, & dispensationem: sed quia existimo No-
uitios ingredienti Religionem, verum &
propriam domicilium acquirere, & antiquum
relinquere. Quia ingrediuntur animo in fo-
perpetuo manendi quantum est ex parte sua cui
non obstat intentio exeundi, si forte sibi Reli-
gio displiceat. Sanch. pluribus relatis. l. 4. de vo-
to, cap. 43. n. 20. An verò Praelatus Regularis
eadem Ordinaria potestate fungatur ad No-
uitiorum dispensanda vota quaevis.

Praelatus Regularis huiusmodi potestate
non fungitur. Quia Nouitij non videntur sub-
iici Religionum Praelatis, nisi quatenus neces-
sarium fuerit, vt ipsi Religionem experiantur,
& Religio ipsos alia namque subiectio neces-
saria non est, nec est, vnde oritur. At ad praer-
fatum finem non est necessaria absoluta pote-
stas dispensandi in votis praefato experimento
non praeducantibus: Ergo Praelatus Regularis
huiusmodi potestate non fungitur. Sic Azor. p. 1.
l. 11. c. 19. q. 21. Sayr. in Clauis. l. 6. c. 1. n. 93. Suar.
l. 6. de voto, c. 11. n. 9. & plures alij apud ipsos.

611 *Potest dispensare.* Praelatus Regularis potest cum nouitiis, sicuti
cum professis in votis dispensare. Quia Praelati
Regulares exempti esto in nouitios potestate
non habeant dominatiam: habent tamen po-
testatem iurisdictionis, ad integrè illos in suis
actionibus regendos, & eorum excessus puni-
endos: vt constat ex vfu, & praxi Religionum:
Sed potestas dispensandi in hac iurisdictione
fundatur: Ergo. Ita Lessi. l. 2. c. 40. dub. 18. n. 133.
Manu. ro. 2. sum. c. 89. n. vlt. Henric. l. 7. c. 2. n. 7.
Angel. v. Dispensatio, n. 8. Syluest. ibi, q. 14. dicto
1. Sanch. lib. 4. sum. cap. 39. num. 17. Bonac. tom.
2. d. 4. q. 2. puncto 7. num. 27.

612 *Hanc iurisdic-
tionem exor-
tem esse reor.* Hanc sententiam veritorem esse reor, aduer-
tens Episcopum non habere potestatem dis-
pensandi cum Nouitiis, nisi ipsi ei specialiter
suici velint. Facta autem subiectione volun-
taria, posse: Neque inconueniens est, à pluribus
posse Nouitium beneficium dispensationis ac-
cipere: cum id in eius cedat utilitatem, & in
favorem Religionis. Dixi verò Praelatos ha-
bentes iurisdictionem quasi Episcopalem pos-
se dispensare in omnibus votis, quae non fue-
rint specialiter reseruata. Certum est enim spe-
cialiter reseruari à Pontifice quinque Vota,
nempè Castitatis, Religionis, & Peregrinatio-
nis in Terram Sanctam, & ad D. Iacobum
Compostellanum, & ad D. D. Apostolos Pe-
trum & Paulum in Vrbe.

PROBL.

PROBL. CXL.

Votum illud in quod Votum reservatum commutatum est Pontificia auctoritate: manet, & non manet similiter reservatum.

614 *Strenua de votum reservatum*
Praemitto, reservationem odiosam esse, eo quod potestatem Ordinariam restringit, & diminuit, ea de causa strictè interpretandam & intelligendam de Voto absoluto, & perfecto Castitatis, Religionis, & Peregrinationis. Unde deduxerim, Vota diminuta castitatis reservata non esse nec Votum Religionis non approbatum, nec Votum peregrinationis. Hierosolymitanae emissum ob alium finem, quam denotio- nis, nec Votum castitatis. Religionis, aut peregrinationis emissum sub aliqua circumstan- tia accidentali, qua ex parte illam circumstan- tiam spectat. Quaerim verò, num reservatum sit Votum illud, in quod Votum reservatum commutatum est: verbi gratià, si Pontifex Votum Religionis in elemosinam, ieiunium, aliudve opus penale commutaret?

615 *Manet refer- vatium*
Reservatum manet. Quia extat regula iu- ris, Subrogatum sapere naturam eius, cuius lo- co subrogatur, leg. viii. Cod. de rei uxoriae acti- & colligitur ex cap. Ecclesia, 1. de lite pendente. Et quia Pontifex transfert vinculum prioris Voti reservati in materiam de se non reservatam, ut inferatur manere reservatum illud votum si non per se tamen ex translatione. Sic nonnulli, quos pressio nomine memorat Sanchez. lib. 8. de matrim. d. 9. num. 20. & lib. 4. sum. cap. 4. num. 45.

616 *Reservatum non manet.*
Non manet reservatum, sed dispensari po- test Votum illud in quod reservatum commu- tatum est, Quia facta commutatione Votum de materia reservata extinctum est, & loco il- lius subrogatum est Votum de materia non re- servata. Ita Sanchez citat. num. 46. Layman. lib. 4. tra. 1. 4. cap. 8. num. 1. Basil. lib. 8. de matrim. cap. 8. §. 2. num. 24. Suar. lib. 6. de Voto, cap. 20. num. 5. Lessi. lib. 2. cap. 40. dub. 18. num. 124. Sa verb. Votum, num. ult. Pala. tom. 3. tra. 1. 15. d. 2. punct. 1. i. num. 5.

617 *Etiam sum- mura*
Eiusdem mentis sum. Quia textus citati intelligi debent in favorabilibus, non in odiosis. Item in iis, quae pertinent per se, & intrinsecè ad subrogationem: non in iis, quae subrogationi accidentaria sunt, qualis est reservatio, quae ex libera reservantis vo- luntate pendet. Certè subrogatum sapit natu- ram primariam illius, cuius loco subro- gatur: non autem accidens illius. Cum au- tem secundum naturam primariam illud Vo- tum, cuius loco alterum subrogatur, reservatum non fuerit, sed sub potestate cuiuslibet Praelati contineretur: efficitur, subrogatum reservatum non esse.
* * *

Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. IV.

PROBL. CXLI.

Reservata sunt, & reservata non sunt tam Vota purè conditionalia, quam poenalia, post impletam conditionem: sed pos- sunt, & non possunt à Praelatis inferiori- bus dispensari.

Recolo, plures esse casus, in quibus pos- sunt Praelati inferiores Vota reservata dis- pensare. Primus est, si habentibus dignitatem concessa fuerit à Pontifice facultas super his Votis dispensandi. Secundus, si materia Voti sit levis, quod in praesenti locum habere non po- test, nisi volens voluerit, se ad solam venia- lem culpam obligare. Tertius est, si casus ex- postulantes dispensationem frequentes sint. Quia non est credendum, velle Pontificem si- bi dispensationem reservare. Quintus in ex- traordinatio aliquo euentu, quando scilicet urget necessitas gravis dispensationis, nec ex- pectari potest Pontificis, aut qui eius locum gerit, responsio, absque gravi spiritalis salu- tis periculo. Quia id rectè convenit guberna- tioni. Sextus; cum dubium est, an Votum sit reservatum, siue sit dubium iuris, siue facti. Nam credendum est, reservatum non esse septi- mus, si consuetudine fuerit praescriptum, posse inferiores Praelatos in his Votis reservatis dis- pensare. Quia consuetudo sicut legem potest constituere, ita constitutam poterit abrogare. Octavus est, si Vota fuerint conditionalia. Quia cum consensus in hac Vota perfectus non fuerit, non videtur reservatione, quae stri- cti iuris est, comprehendi. Porro ut ad questio- nem accedamus, advertendum, alia esse Vota purè conditionalia, alia conditionalia poena- lia. Deinde conditionalia sumi posse ante im- pletam conditionem, vel post illam impletam. Si ante impletam conditionem sumuntur, re- servationi non subsunt. Quia Votum castitatis, Religionisve sub aliqua conditione de futuro contingenti non obligat ad castitatem; vel Religionem ante conditionem impletam; sed solam obligat in euentu conditionis. Ergo non subsistit reservationi ante conditionis euentum. Quid autem post impletam conditionem? Re- servata nē sunt vota tam purè conditionalia, quam poenalia?

619 *Reservata sunt.*
Reservata sunt. Quia purificata conditione, obligatio Voti, quae antea suspensa, & imper- fecta erat, perficitur, ac consummatur, ac si eo tempore contraheretur. leg. Posterior. 11. ff. qui in pignore potiores habeantur, ibi: Cum enim se- mel conditio extiterit, perinde habetur, ac si il- lo tempore, quo stipulatio interposita est, sine conditione facta esset. Quod si eo tempore Vo- tum castitatis fuisset emissum absolute, in po- nam delicti commissi nullus dubitat fore refer- vatium: Ergo etiam reservatur emissum sub con- ditione delicti committendi, si de facto deli- ctum committatur. Sic Sotus lib. 7. de iust. quest. 2. art. 1. ad 4. Couar. de pactis part. 1. §. 1. num. 12. Gutier. qq. Canonic. lib. 2. cap. 2. §. 1. num. 50. Ba- sil. lib. 8. de matrim. cap. 9. num. 7. Azor. part. 1. l. 1. cap. 10. quest. 1. & cap. 19. quest. 13. & alij apud Santium citandum.

Q 3 Reservata

60
Reservata
non sunt.

Reservata non sunt eiusmodi vota tam pure conditionata, quam conditionata poenalia impleta conditione. Quia vota conditionalia impleta in sua natura imperfectum, & diminutum consensum in rem promissam quippe est consensus sub conditione contingenter futura: sed hic diminutus consensus non mutatur superveniente conditione: alias novum votum fieret: At ex illo domputo & in perfecto consensu, qui prateriit, posita conditione nascitur absoluta, & perfecta obligatio rei promissae exequende: Ergo haec vota reservata non sunt. Quia reservatio, quae quidem stricti iuris est, solum vota ex sua natura perfecta, & absoluta debet comprehendere. Ita Tolet. l. 4. cap. 18. nuper. 11. citans Victoriam. Anton Gomez in Kul. Cruc. Claus. 10. num. 99. Et reputant probabilem Lessi. l. 2. cap. 40. dub. 18. num. 131. Laym. l. 4. tract. 4. cap. 8. num. 10. & Basil. ubi supra. Pala. 10. 3. tract. 15. d. 2. punct. 12. num. 15. & alij ex recentioribus.

621
Idem sentio.

Certe contrariae sententiae Doctores admittunt, cum dubium est, an votum aliquod reservatum sit, non esse reservatum; quia reservatio utpote odiosa rem certam afficit, non dubiam: & in casu dubio in benigniorem partem est inclinandum. At negari non potest esse satis dubium, cum sit sub opinione probabilis positum, an vota pure conditionalia sint reservata etiam post impletam conditionem. Ergo affirmandum est, reservata non esse, sed absque scrupulo vilo postea Praelatis inferioribus, causa intercedente, dispensari.

PROBL. CXLII.

Cum alicui delegetur facultas dispensandi in omnibus votis: intelligitur, & non intelligitur concessa esse etiam ad vota reservata praeter votum castitatis, & Religionis.

622
Intelligitur concessa facultas ad omnes, excepto castitatis & Religionis voto.

Intelligitur concessa esse facultas ad dispensandum in omnibus votis: Castitatis, & Religionis excepto. Quia haec in generali concessione non veniunt, sed indigent speciali. Secus vero de voto peregrinationis ultra marinam & a fortiori Romanae, ac Compostellanae, cuius reservatio, quia non est tanti momenti, neque ita antiqua ac votum castitatis & Religionis, non videtur hac speciali, & expressa concessione indigere. Sic Sotus l. 7. de iust. q. 4. a. 3. Manuel. p. 2. sum. c. 97. n. 1. Sanch. l. 8. de matr. d. 9. num. 2.

623
Ad nulla reservata intelligitur concessa facultas.

Non intelligitur concessa esse facultas ad villa vota reservata. Quia id manifeste colligitur ex o. si Episcopus, de poenit. & remis. in 6. Vbi Pontifex loquens, de casibus reservatis: negat in generali concessione comprehendere sed indigere expressione speciali. Et subdit Pontifex rationem. Quia in generali concessione non veniunt ea, quae non esset quis vero similiter in specie concessurus regu. In generali, 81. de reg. iuris in 6. quod non aliter fit, nisi quia sunt reservata. Cum ergo non solum vota Castitatis & Religionis, sed triplicis etiam peregrinationis reservata sint, fit,

in generali concessione dispensandi vota, haec reservata minime comprehendunt. Ita Suar. l. 6. de voto, c. 15. nu. 4. Sanch. retractans sententiam. l. 4. sum. c. 40. n. 16. Laym. l. 4. tr. 4. cap. 8. num. 7. Basil. l. 8. de matr. cap. 10. num. 5. Palaus tom. 3. tract. 15. d. 2. punct. 13. num. 1. & alij.

Eiusdem opinionis sum. Quia nulla alia de causa vota castitatis, ac Religionis indigent speciali concessione, nisi quia sunt reservata. Quod vero sint antiquitus, & pluribus refera decretis, non variat reservationis qualitatem. Cum ergo vota triplicis illius peregrinationis vere reservata sint, etiam concessione speciali indigebunt. Porro id expresse, meo iudicio, indicatur in Extrav. Etsi dominici 2. de poenit. & remis. Vbi Pontifex omnia illa quinque vota reservata equiparat in specialis licentiae, & expressionis necessitate. ibi: Nisi ex speciali licentia, & certa scientia nostra. At si alicui concessa sit facultas dispensandi in votis reservatis absque vlla exceptione, omnia comprehenduntur. Quia nulla est specialis ratio neque ex usu, neque ex consuetudine vnum potius, quam aliud excipiendi. Sanch. l. 4. sum. cap. 40. num. 17. Suar. l. 6. de voto, cap. 26. numer. 5. Basil. l. 8. de matr. cap. 10. num. 6. si omnia vota concedantur, excepto voto Castitatis & Religionis censet communis sententia, ne illa concessio sit inutilis, voluisse Pontificem in illa generali concessione reliqua reservata minora comprehendere. Verum si concessio esset omnium votorum etiam Castitatis, omnia minora debent censeri concessa. Quia illa dictio ampliatio etiam, arguit idem esse in casibus minoribus Sanch. l. 4. sum. c. 40. n. 1. Basil. l. 8. de matr. c. 10. n. 6. Equidem haec facultas dispensandi in votis generaliter extenditur ad vota ante & post concessionem emissam. Quia petit latam interpretationem. Suar. l. 6. de voto, cap. 3. Nunquam tamen censetur extensa ad vota in commodum tertij facta, si a tertio illo excepta sint. Quia tunc non solum habent voti obligationem, sed etiam promissionis humanae acceptae: ac proinde obligationem fidelitatis, ac iustitiae. Basil. l. 8. de matr. cap. 10. num. 7. si autem rogites, quibusnam potestas dispensandi re ipsa delegata sit: respondeo generaliter solum inveniri Religiosis delegatam. Nam Innocentius VIII. concessit Mendicantibus, ut possint dispensare in omnibus votis, in quibus possunt Episcopi excepto voto peregrinationis ultra duas dietas, hoc est ultra viginti leucas. Et Martinus V. impertit Benedictinis omnia vota Episcopalia absque vlla limitatione; qua facultate gaudent omnes Religiosi, qua eorum privilegium communicant. Ex qua concessione constat manifeste, posse Religiosos dispensare in omnibus votis (exceptis illis quinque reservatis) sicut possunt Episcopi: cum hac tamen differentia, quod Episcopi possunt etiam in illis quinque reservatis dispensare, cum vrget necessitas maturandi dispensationem, neque patet aditus ad Pontificem, seu ad vices illius habentem. Religiosi vero in hoc casu dispensare non possunt. Possunt autem cum quibuscumque fidelibus ex quacumque Diocesi ad se venientibus. Quia cum omnes Pontifici privilegium concedenti subiciantur, non est, cur ad fideles vnius Diocesis

624
Eiusdem sententia sum
pluribus refera decretis
non variat reservationis qualitatem
cum ergo vota triplicis illius peregrinationis vere reservata sint, etiam concessione speciali indigebunt.

ELSCOB

Theol. Mo

Tom. III. I

E. IV

Secl. II. De Præcepto II. Problemata. 187

Dioecesis limitetur: secus verò. Episcopi, qui cū iure ordinario procedant, & ex officio: solum ex comparatione fidelium suæ Dioecesis eam possunt exercere potestatem. Sanch. l. 4. sum. cap. 40. num. 17. Præter privilegium præfatum concessum est Prouincialibus Mendicantiis, & Religiosis ab ordinario approbatis, quibus ipsi communicauerint, potestas dispensandi ad petendum debitum cum, qui post votum castitatis matrimonium contraxerint. Sic Pius v. *vine vocis oraculo*, vt testantur plures relati à Santio l. 8. de matr. cap. 16. num. 3. & refertur in compend. privileg. Societatis Iesu. v. *Dispensatio*. §. 9. Neque opus est, matrimonium consummatum esse. Quia nec privilegium eam restrictionem non apponit, & quia incontinentiæ periculum semper ad est, cum cohabitatione deferere minimè teneatur. Basil. l. 8. de matr. cap. 10. num. 12. Denique huius privilegij virtute haud possunt dispensari ij, qui post matrimonium contractum, castitatem vouerunt. Quia de hisce privilegium non loquitur.

PROBL. CXLIII.

Concessa alicui dispensandi potestate, eo ipso censetur, & non eo ipso concessa, commutandi vota, potestas.

625 *Qui Docto- res commu- niter.* Communiter Doctores docent, concessa potestate ad vota commutanda, potestatem ad dispensandum non concedi, vtpotè maiorem, nec villo modo contentam sub potestate ad commutandum. Suar. l. 6. de voto. cap. 12. num. 4. Barbosa p. 2. de potest. Episc. alleg. 37. num. 4. Quæserim autem, num concessa potestate dispensandi, eo ipso censetur concessa, commutandi vota, potestas?

626 *Non censetur eo ipso concessa.* Non censetur, eo ipso concessa. Quia sunt potestates omnino diuersæ, nec vna sub alia comprehenditur. Nam potestas dispensandi, est potestas auferendi integrè obligationem: at commutandi potestas non est auferendi obligationem, sed eam in aliam materiam transferendi. Non igitur vna sub alia valet comprehendendi. Sic Nauar. sum. cap. 13. n. 79. Sanch. aliis relatis, l. 8. de matr. d. 2. num. 15. & l. 4. sum. cap. 40. num. 4. & 5. Valent. 1. 2. d. 6. q. 6. pun. 7. Azor. p. 1. l. n. c. 10. q. 44. & c. 18. q. 7.

627 *Et ipso concessa censetur.* Concessa ad dispensandum potestate, concessa censetur ad commutanda vota potestas. Quia commutatio est quædam partialis, seu diminuta dispensatio: si quidem obligationem voti tollit non absolute sed sub onere alterius subrogatæ materiæ, quod longè minus est, & potestati absolute dispensandi subordinatum. Ergo habens potestatem dispensandi vota, ea poterit commutare, iuxta regul. iuris § 3. Cui, licet quod est plus, licet vtrique quod est minus. Præcipue cum minus sub eodem ordine continetur. Ita Barbosa p. 2. de potest. Episc. alleg. 37. num. 13. Sorus l. 7. de iust. q. 4. ar. 3. Sa. v. vari dispensatio, num. 19. Basil. de matr. l. 8. cap. 10. num. 3. Læym. l. 4. tr. 4. cap. 8. num. 20. Lessi. l. 2. cap. 40. dub. 16. num. 108. Suar. l. 6. de vote, cap. 12. num. 9.

628 Probabiliorē hanc sententiam credo,

quam sic explicarim: Ad tollendam integrè voti obligationem, difficile est causam legitimam inuenire: quæ tamen sæpe inuenitur, eo ipso quod volens loco prioris obligationem aliam acceptet. Poterit ergo dispensas obligationem voti tollere, ea conditione posita, & non aliter. At in hoc consistit commutandi potestas: Ergo. Certè ipse Sanch. (à cuius sententia difficile vnquam recedo) re ipsa consentit, potentem dispensare posse ex præsumpta delegantis voluntate miscere commutationem. Quia hic modus dispensandi melior, ac tutior est, & à Pontifice vñtutus. Ex qua doctrina conuincitur, posse votum inæquale commutare. Nam multo minus est commutationem inæquale facere, quam in minus.

CAPVT XXIII.

Circa Voti Commutationem.

PROBL. CXLIV.

Potest quis, & non potest, propria autoritate votum in rem æqualem commutare.



629 *Nonnulla suppono.* Vppono ex sect. 1. Commutationem à pura dispensatione differre, quod commutatio tollit obligationem voti non simpliciter & purè, sicut dispensatio, sed sub onere nouæ obligationis priori subrogatæ. Hæc autem obligatio subrogata priori potest esse grauior, æqualis, ac leuior, pro grauiori, æquali vel leuiore materia subrogata. Certum verò est, si quis votum commutet in rem euidenter meliorem, id posse propria autoritate, & absque vlla causa gerere, nisi specialiter aliqua lege, præcepto vè prohibeatur. Nauar. cap. 12. sum. num. 75. Azor. p. 1. l. 11. cap. 18. q. 1. & alij communiter. Quia si res in quam votum obligatio transfertur, omnibus consideratis, est melior, consequenter erit Deo gratio. At in rem leuiorem, seu inferiorem nullatenus votum propria potest autoritate commutari. Quia est contra rationem velle obligare Deum creditorem, vt rem inferiorem loco superioris debitæ acceptet. Idem dixerim de re sub dubio, vel sub opinione æquali, cuius obligatione satis facere quis non potest debito certo. Quia ignorat gratum fore creditori, ab eo que acceptari. Omnes communiter. Quæserim autem, num quis valeat votum in rem æqualem propria autoritate commutare?

630 *Potest quis.* Potest quidem. Quia posita æqualitate materiæ subrogatæ, videtur certum vtramque esse æque Deo gratam existere. Ergo vtrâque satis fieri debito potest. Nam licet inuito creditore, vnum pro alio solui nequeat: bene tamen si ipsi gratum sit. Instit. Quobus modis tollitur obligatio. At materia subrogata æqualis est æque grata Deo ac illa, quæ fuit determinatè promissa Ergo ipsius obligatione debito fit satis. Sic Medin a l. 1. sum. cap. 14. §. 7. Henric. l. 5. de penis. cap. 20. n. 5. & l. 7. de indul. cap. 30. num. 5.

enim. 5. Manuel. tom. 2. sum. cap. 110. num. 4. concl. 4. Sa. v. *Voti irritatio*, num. 9. & probabile reputat Aragen. Suar. Alcozer. Lessi. apud Santium l. 4. sum. cap. 40. num. 10.

631
Minime potest.

Minime potest. Quia licet materia subrogata aequae Deo grata sit, illique placeat, sicut illa, quae fuerat promissa, si utraque per se spectetur: At posita promissione, & obligatione vnus specialiter ac determinate soluenda, non est aequae Deo gratum, illam offerre. Si quidem pro parte materiae promissa stat promissionis firmitas, & constantia, cuius variatio non videtur, honestari posse, nisi aliquis manifestus cessus sit in materia subrogata. Ita Lessi. l. 2. cap. 40. dub. 16. numer. 105. Suar. l. 6. de voto, cap. 19. numer. 3. Laym. l. 4. tract. 4. cap. 8. num. 19. Sanchez l. 4. sum. cap. 49. numer. 12. Sayr. in Clau. l. 6. cap. 12. numer. 8. Palaut. tom. 2. tract. 15. d. 2. punct. 15. num. 4. & alij apud ipsos.

632
Probabilis
huc iudico.

Hanc sententiam probabiliorē iudico, communem equidem, eamque confirmo. Si absque fidelitatis detrimento offerri potest Deo materia aequalis & quae promissa fuit: manifeste inferitur, sic offerentem non esse ex vi voti obligatum magis reddere rem determinatē, promissam, quam quamlibet aliam aequalem: quod quidem est conuenienti disciplinae, rectaeque morum instructioni contrarium: Ergo. Ceterum impossibile ferē reor, aequalitatem in materia subrogata euidenter cognoscere: Plures enim sunt materiae, quae per se spectatae aequales apparent: at omnibus perpensis, aequales non sunt. Multis exemplis Suarius l. 6. de voto, cap. 19. num. 11. exornat. Ad commutandum itaque votum in rem euidenter aequalem necessaria est auctoritas Praelati habentis iurisdictionem ordinariam, vel delegatam. Quia haec commutatio est quadam dispensatio diminuta, ac debiti remissio nomine Dei facta: ac proinde iurisdictionem expostulat. Ad commutationem faciendam in rem manifeste meliorem, nulla specialis causa requiritur. Quia ipsamet susceptio perfectioris obligationis Deo quidem gratio, pro causa sufficit. Denique ad commutationem faciendam in rem aequalem lenis causa sufficit. Quia non est absoluta obligationis vllius remissio, sed illius translatio. Communiter censent Doctores sufficere, si quis commutationem ardentem postulet, sperans maiori cum fructu materiam subrogatam executuram.

P R O B L. CXLV.

Commutatio potest, & non potest fieri in paulo minus minorem materiam.

633
Potest quidem.

Potest quidem. Quia aequalitatem inuenire in materia subrogata difficillimum est. Si igitur potentes commutare vota contenti esse non possent, minori materia subrogata, eorum potestas esset inutilis, quippe quae raro, vel nunquam posset exerceri. Sic Tolet. l. 4. cap. 18. num. penultim. Sa. v. *Voti irritatio*, num. 10. & alij relati à Santio l. 4. sum. cap. 50. num. 2.

634

Minime potest extendi haec potestas ad com-

mutationem in paulo minorem materiam, sed ad aequalem solum. Quia commutatio est contractus, in quo vnus pro alio ex voluntate creditoris subrogatur. Petit ergo aequalitatem: alias commutatio non erit, sed donatio. Ita Caiet. 2. 2. quest. 88. art. 12. Laym. l. 4. tract. 4. cap. 8. num. 24. Suar. l. 6. de voto, cap. 19. num. 7. Sanch. citatus numer. 4. Couar. punct. 1. de pactis, §. 3. numer. 4. Palaut. tom. 2. tract. 15. d. 2. punct. 16. numer. 2. & alij apud Santium.

Probabilis mihi admodum hoc. Nam si remissio obligationis sub minori materia est commutatio, quamvis materia subrogata notabiliter minor sit, commutatio erit: quia non apparet, unde limitetur. Ergo privilegium commutandi ad eam commutationem ut potest propriam extendi poterit: quod fallum est, nec ab adversariis admittitur: coincideret enim potestas commutandi cum dispensandi potestate, propterea communiter exercetur. Ergo potestas commutandi spectata vocis proprietate, & communi acceptione, ad solam aequalem subrogationem, non ad minorem extenditur. Ceterum haec aequalitas non ita rigide, ac scrupulose sumenda esse, ut certo de illa Praelato debeat constare: sufficit enim, ut probabiliter constet. Neque enim mathematica aequalitas exigitur, sed moralis.

P O R B L. CXLVI.

Commutatio Voti facta propria auctoritate, vel alterius carentis iurisdictione in aequale, vel in minus, est, & non est omnino irrita, si vouens suppleat, quod commutationi defuit, ut esset in bonum euidenter melius.

Non est omnino irrita. Quia si rem venditioni quinquaginta aureorum expositam quis surriperet, aut pro ea quadraginta tantum domino exhiberet, credens dare quinquaginta: latis faceret quidem in casu priori tradendo quinquaginta, & in posteriori tradendo decem, quin teneretur rem domino reddere. Nam posito, quod ipse voluntatem absolutam habuit vendendi, solum defectus fuit in modo. Cum ergo Deus vota omnia commutationi habeat exposita, velitque ea, iusta causa intercedente, in aequale, vel in melius commutari: faciens commutationem in minus, solum in modo, non in substantia deficit, cum quod defuit, omnino suppletur. Sic Sanch. l. 4. p. sum. c. 51. num. 11.

Est irrita omnino. Quia nullus propria auctoritate se eximere potest à voti obligatione nisi maiorem compensationē subrogando: quippe quae sola excepta fuit in priori voti obligatione. Ergo obligatio voti cessare non potest subrogatione minoris compensationis, licet quis addat materiam ad aequalitatem. Et quia nullus, qui Praelatus non sit iurisdictionem habet ad commutandum vota in rem aequalem: Ergo commutatio facta propria auctoritate eius, qui iurisdictionem non habet, in rem minorem quantumvis postmodum suppleatur, quod defuit vel in rem aequalem, nulla est prorsus. Ita Palaut. tom. 2. tract. 15. d. 2. punct. 17. num. 2.

Non

638
Hoc longe
probabilius
existimo.

Non placet Santij sententia. Quia licet verum sit furantem rem venditioni expositam obligatum non esse rem furatam reddere, sed tradendo integrum pretium satisfacere, dummodo dominus in eadem perseveret voluntate. Attamen dum pretium non tradit, nulla est venditio, nec rei sublatæ possessio. Sic nulla erit commutatio voti, dum vouens, rem superiorem loco promissæ non subrogat. Nam aliam Deus non acceptat. Nec est verum sic nulliter commutantem non peccare transgrediendo votum. Si virget obligationis tempus: etiam si animum habeat supplendi commutationis defectum. Quia cum commutatio in minus nulla fuerit, votum eodem modo obligat, ac si facta non esset: à qua obligatione non liberat animum supplendi defectum commutationis. Aliàs quilibet posset votum suum transgredi, animo commutandi in melius: quod absurdum esse quis non videat?

PROBL. CXLVII.

Quando commutatio fit in minus auctoritate Prælati, etiam si nulla ad commutandum causa sub sit, nedum ad minuendum: valet, & non valet commutatio cum sola obligatione supplendi id, quod defuit ad æqualitatem materiæ subrogata cum promissæ.

639
Vale quid.

Valet quidem. Quia contractus permutationis, sicut & venditionis non annullatur ex inæqualitate rerum, quæ permittuntur: sed solum est obligatio supplendi defectum. leg. 2. C. de rescind. vendit. Ergo etiam contractus permutationis voti, qui fit, cum Prælato nomine Dei, in æqualitate non viciabitur. Si quidem mitius cum Deo, quam cum hominibus agitur. leg. Celsus. ff. de recept. arbit. Sic Sanch. l. 4. sum. cap. 5. n. 8.

640
Non valet.

Minimè valet. Quia à voti obligatione neminem Prælati liberare potest, nisi quatenus Dei vice fungitur. At habentes solum commutandi facultatem solummodo gerunt Dei vices ad liberandum vouentem à voti obligatione, subrogata æquali materiæ. Ea enim potestas ad solam hanc (vt Sanchez fatetur cap. 50. num. 4.) commutationem extenditur. Ergo dum materiæ æqualis non subrogatur, vouens liber non est à voti obligatione. Certe commutatio valida esse non potest, nisi Deus acceptet. Sed commutationem in rem inferiorem Deus non acceptat, vtpotè nomine ipsius minimè factam: Ergo vi illius vouens non potest ab obligatione liberari. Ità Suar. l. 6. de voto, cap. 19. num. 14. Nauar. l. 3. consil. tit. de voto, consil. 5. num. 1. & consil. 19. num. 2. Azor. p. 1. l. 11. cap. 18. q. 12. Palaci. in 4. dist. 38. d. 3. Ludou. Lopez p. 1. Instr. cap. 50. Alcozer sum. cap. 16. concl. 2.

641
Probabilis
rem senten-
tiam hanc
existimo.

Propter Santij auctoritatem dixerim primam sententiam satis esse probabilem, pluribus ab ipso confirmationibus roboratam. Longe verò probabiliorum esse secundam hæc mihi ratio suadet: liberari vouentem à voti obligatione subrogatione materiæ inferioris est actus potestatis dispensatiuæ vt vidimus superius: Ergo non est actus commutatiuæ solummodo potestatis: Igitur hac sola

gaudentes illum præstare minimè possunt.

PROBL. CXLVIII.

Facta materia subrogata inutili, vel impossibili ob culpam vouentis: reuiviscit, & non reuiviscit voti obligatio.

Reuiviscit sanè. Quia commutatio, vtpotè quæ prius vinculum non omnino extinguit, sed transfert: fit instar contractus conditionalis: Facio, dummodo facias: & sic sub tacta conditione, si materiæ subrogata impleatur. Et quia facta commutatione, est licitus vouenti transitus ad priorem voti materiæ: Ergo manet obligatio disiunctiua vnius, aut alterius materiæ: At debitor sub disiunctione tenetur ad alteram partem, quoties ex culpa sua, aut ex inculpabili impotentia alteram partem non soluit: Ergo. Sic Manuel. in addit. ad Bullam Cæci. §. 9. num. 117. & 118. & alij apud Sanch. citandum.

642
Reuiviscit
planè.

Minimè reuiviscit, sed facta commutatione, nulla est obligatio exequendi priorem materiæ, tamen si subrogata inutilis, vel impossibilis fiat, & siue culpabiliter id acciderit. Quia per commutationem est obligatio prioris extincta circa priorem materiæ, nouæ materiæ suscepta obligatione. At obligatione semel extincta non reuiviscit, vt pluribus ornatur Glossa ad leg. Qui res. §. Arcam, ff. de solut. Quod præcipue locum habet in obligationibus voti, & iuramenti, quia propria voluntate suscipiuntur: in quibus nequit extincta obligatio reuiviscere, quin voluntarie votum, aut iuramentum renouetur. Affirmare autem commutationem fieri sub illa conditione, ac proinde non extinguere obligationem prioris materiæ, sed suspendere, est contra communem sensum, & præter rationem. Nam cum commutatio sit fauor vouenti factus, grauari ea non debet, sed leuari. Ità Sayr. in Clau. l. 6. cap. 12. numer. 24. Graf. punct. 1. Decision. l. 2. cap. 30. numer. 3. Suar. l. 6. de voto, cap. 20. à numer. 9. Sanchez l. 4. sum. cap. 55. numer. 15. Pala. tom. 3. tract. 15. d. 2. punct. 18. numer. 2. Laym. lib. 4. tract. 4. cap. 8. numer. 28.

643
Non reuiviscit.

His adhæreo. Quia si obligatus esset qui commutationem accepit priorem exequi materiam, subrogata inutili, vel impossibili facta, non leuaretur commutatione, sed potius grauaretur: quippe qui ex commutatione duplicem obligationem subiret, primam, absolute exequendi materiæ subrogatam; secundam exequendi priorem in casu impossibilitatis aut inutilitatis in subrogata: quod grauamen præponderat fauori commutationis factæ, non solum in qua materiæ subrogata est melior, sed in qua æqualis est, imò etiam si sit paulo minor.

644
His hæreo
Doctores.

PROBL.

PROBL. CXLIX.

Redeunte obligatione prioris materia commutata in voto castitatis, & Religionis extinguitur & non extinguitur materia subrogata obligatio.

645
Quæstionis
vni enunciat.

Vis dispensatus est, (verbi gratia) ut non obstante voto castitatis, vel Religionis, matrimonium contrahat sub onere commutationis in confessionem menstruum aliqua pia opera quotidie præstanda: contingit, eo vivente, & potente votum implere nō coniugem & matrimonium dissolui: quo casu obligatio voti redit; quia solum ad effectum contrahendi ille fuit dispensatus: Quæritur, an teneatur commutationem illam simul exequi?

646
Teneatur quidem.

Teneatur quidem. Quia id expresse tenor indicat literarum, quibus conceditur Confessario facultas ad hæc vota dispensanda, quæ quidem perpetuitatem videntur indicare. Inquit enim Pontifex: *Dispensando commutes in frequentiam Sacramentalis confessionis, singulis scilicet mensibus semel, vel quoties tibi videbitur, & in alia penitentia opera per te iniungenda: inter alique sint aliqua pietatis opera, quæ quotidie facere teneatur ad eum finem: ut ea adimplens, meminisse semper possit obligationis, quæ huiusmodi voto asstringebatur.* Pondero illa verba singulis mensibus, & Quæ quotidie facere teneatur. & Ut meminisse semper possit obligationis, quæ omnia quandam important perpetuitatem, Præterea quia si vellet Pontifex, subrogatio, nem materia non fore perpetuam, sed extinguere, reuiuiscere voto, id exprimeret sicut expressit, voti dispensationem extingui, matrimonio dissoluto. Certè cum votum illud sit ita excellens, & perfectum, & ad statum perfectissimum assumendum: possitque contingere, ex vi illius dispensationis nunquam vouentem ad illius executionem obligari, præstat ea opera, in quæ commutatur esse perpetua, ut si relaxatio illa temporalis, & dimidiata voti aliquomodo compensetur. Sic Santius l. 4. sum. cap. 55. numer. 21. Qui quidem docet, Secus dicendum esse in aliis commutationibus temporaneis. Itaque in P. Sanchez sententia solum excipitur materia subrogata voto Religionis, aut Castitatis, cum quis vno aut altero eorum astrictus ad matrimonium contrahendum dispensatur.

647
Non tenetur.

Minimè tenetur. Quia non apparet firmum fundamentum huius exceptionis. Cum enim regula generalis sit, voto principali redeunte perire subrogatum: opus erat clarè, & manifestè hanc voti Castitatis & Religionis commutationem accipi: quod tamen non videtur in præfatis fieri. Nam verba illa, *singulis mensibus. Quotidie, & semper* id non exprimit; optime enim explicantur de tempore, quo votum non redit; illo namque tempore æquum est, singulis mensibus confiteatur, & aliqua pietatis opera quotidie exerceat; ut sic semper (hoc est, continuo) meminisse possit obligationis, quæ asstringebatur. Ita Palaus tom. 3. tract. 15. d. 2. p. 18. n. 6.

Ego quidem assero P. Santij sententiam vitalem, & securam esse. At qua parte excipit à communi regula commutationem factam de Voto castitatis, & Religionis contrarium mihi probabilius apparet. Quia & benignius est, & ut ait Palaus nullum adest firmum huius exceptionis fundamentum. Imò ex ultimis illis Pontificis verbis: *Ut sic semper meminisse possit obligationis, &c.* non leue fundamentum ad secundam sententiam adstruendam collegerim. Si enim menstrua confessio, & piorum opum quotidiana exercitatio ad eum finem imponitur, ut vouens meminisse valeat obligationis, qua Voto dispensato asstringebatur: si dispensatio perit, & Votum redit, cessat finis huius nouæ impositionis, & obligationis, cum iam ipsomet Votum sufficienter sui memoriam excitet; neque verum sit, menstruum confessionem, & piorum opum exercitacionem excitare eo in casu memoriâ Voti quo dispensatus asstringebatur; sed quo de facto asstringitur.

PROBL. CL.

Si Commutatio facta sit in rem æqualem licitum est, & licitum, non est, vouenti, ad priorem materiam redire.

Certè si commutatio voti facta sit in rem minorem, omnes Doctores cōueniunt, licitū esse vouenti, ea omiſſa, ad priorem remeare materiam promissam. Quia excellentior est, nobilior, & Deo gravior. Si verò facta sit in rem æqualem, quæſierim, num licitum sit vouenti, ad priorem materiam redire?

Licitum non est. Quia nemini licet propria autoritate votum in rem æqualem commutare. At si facta commutatione ab eo qui potest, & à vouente acceptata, ei liceat, ad priorem materiam redire: iam vouens posset, votum in æqualem rem propria autoritate commutare: Ergo minimè id est concedendum. Sic aliqui Doctores, quos pressio nomine memorat Palaus citandus, qui probabilem hanc esse sententiam profitetur.

Licitum est vouenti, omiſſa materia subrogata, ad priorem propriam, & naturam voti redire. Quia posita æqualitate materia subrogata cum qualitate materia primò promissæ, gratus Deo esse videtur, priorem exequi, quam secundam. Ita Azor. p. 1. l. 11. cap. 18. q. 10. Sayr. in Clau. l. 6. cap. 12. num. 22. Suar. l. 6. de voto, cap. 20. num. 4. Lessi. l. 2. cap. 40. dub. 16. Sanch. l. 4. sum. c. 55. n. 26. & alij.

Longe hoc mihi probabilius. Existimo enim certum esse huius sententiæ fundamentum, scilicet prius opus cœlesti Numini fore gratus. Quia materia secunda solum ex benignitate conceditur, & in vouentis gratiam, si velit illam exequi: non quia in Dei honorem, & cultum, maioremque vouentis utilitatem specialiter cedat.

PROBL

Secl. II. De Precepto II. Problemata. 191

PROBL. CXLI.

Si Votum, vel autoritate propria, vel Prælati in melius fuerit commutatum: licitus est, & non est licitus ad materiam priorem transitus.

sim. cap. 5. num. 26. Palau. 10. 3. tract. 15. d. 2. p. 1. 8. num. 19. Laym. l. 4. tract. 4. c. 8. n. 27.

Non possum non ingenuè profiteri, Suarii rationem vehementer virgere: quæ Quidem vel ex humanis promissionibus roboratur. Nam si Ambrosius Joanni promitteret hordei (v. gr.) mensuram, & ex eius consensu in mensuram tritici promissionem commutaret, non liceret Antonio retrocedere. Quia licet Ioannes fauorem Antonio, præstaret præfatæ commutationi consentiendo, at post illius consensum, & ab Antonio factam commutationem Joanni vtiliorem: cessat fauor, & solum quid Joanni gratius sit, & vtilius spectatur. Sic in præsentè dicendum videtur, facta commutatione in melius, haud esse licitum vouenti retrocedere. Quia esto Deus ob vouentis fauorem hanc concesserit permutationem, non est credendum, ea facta regressum permittere, utpote contrarium suæ maiori gloriæ, ac vouentis vtilitati. Verum quia communior est sententia affirmans, quomodocumque fiat commutatio materiæ promissæ siue in æquale, siue in melius, posse vouentem ad priorem materiam redire relicta posteriori subrogata, id teneo, credens non obstare, quod hic reditus cedat in diuini cultus diminutionem; nam alio ex capite maxime in Dei gloriam cedit, ut vouentes intelligant, mitius cum Deo agi posse, quam cum hominibus: neque esse ita rigidum exactorem sui iuris, quin aliquam remissionem illius gerat in vouentis fauorem.

653
Non est licitum.
L Icitum non est. Quia huiusmodi transitus utpote diminuens diuinum cultum, & vouentis vtilitatem, non est Deo gratus. Fa-teor, hanc commutationem fieri in fauorem vouentis: sed hoc solum probat potuisse vouentem eam commutationem ante acceptionem respicere: non tamen post acceptionem. Nam accepta illa commutatione, cessat fauor vouentis, & est ius acquisitum Deo ad illius obseruationem, absque potestate retro cedendi: quia id pertinet ad maiorem Dei cultum, ac vouentis vtilitatem. Sic Suar. l. 6. de voto, cap. 20. num. 4. & quidem satis probabiliter.

654
Est licitum.
Est licitus reditus ad materiam priorem. Quia commutatio ex benigna Dei concessione facta fuit sub facultate redeundi ad priorem materiam. Nam cum sic fieri possit, tum ad Dei benignitatem declarandam, tum ut vouens facilius vota exequatur, & ad noua emittenda excitetur: præsumendum est, sic factam fuisse. Ita Lessi. l. 2. cap. 40. dub. 16. sine. Sayr. in Clauis, l. 6. cap. 12. num. 22. Sanch. l. 4.



LIBER.